



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

93-11611

FLC
6554

20-6

~~1999.11.15.4~~

$m_{33,j}$

R. 230843

R. P. IOANNIS

M A R I N

SOCIETATIS IESU,

OCONENSIS, SACRÆ

Theologiæ Doctoris, & in Academia

Complutensi olim Primarij, necnon

Archiepiscopatus Toletani

Synodalis Examina-
toris.

TRACTATUS

D E

PRÆDESTINATIONE.

Anno

1711.



MATRITI:

Typis D. Gabrielis del Barrio.

ପାତ୍ରକାଳୀନ ମହାକାଵ୍ୟ

ଶିଖାମା

ପରିଚ୍ୟାତିକ୍ଷେତ୍ର



ଶିଖାମା

ଶିଖାମା

Digitized by Google



A D

AUGUSTISSIMAM

M A R I A M,
VIRGINEM DEI
Parentem, pulcherrimum Em-
pyrei complementum: fulgen-
tissimum coelestium decus:gra-
tiarum omnium culmen: uni-
versi terrarum orbis salu-
tem, felicitatem, &
tutamentum.

NUmquam magis erubescens
in arenam descendo, parvo,
scilicet, scutulo libelli pro-
tectus, coram conspicua stre-
nuorum Doctorum, seu Gigantum pha-
lange de inscrutabilis divinae Providen-

tia iudicijs , & investigacionibus divinae
Prædestinationis vijs, seu decretis lucu-
lentis affatim , & plenis pro dignitate
voluntinibus, & concertantium , & mun-
nitorum ; eorum tamen , licet viribus
impar , haud certu aggregari non ve-

reor , quos sapientia , ut

Prov. 6. 9. contempler , misit An-

¶ 3.

cillas suas , ut vocarent ad

arcem , *& ad mœnia cœpi-*

tatis , si quis est parvulus , illorum ut potest
sapientia , prudentia , & pietate partim
aquiescens consilio vocatae me confi-
fugere ad Mariam iuxta Thaumatur-

gum meum Gratiam arcem , & sanctitatis mu-

simentum , ne non sur-

Cantic. cap. 4. rim David , de qua dicitur

¶ 4. Etum mille clypei pen-

dent ex ea , omnis ar-

matura fortiorum , ut ex illa umbellam

hanc suspendam , ne Magistris in hoc

Studio , sicut studio exultis , & ab hu-

mero , & sursum super nos omnes eleva-

tis , Sauditacis armis pro totam robore

cataphractis mea armatura dispar . Dis-

cipulis suppar Davidicis levioribus ar-

mis assuetatis deficiat , ac discentibus

desideretur , ut quibus ad portandas

volvendasque Scholasticas voluminum

machinas arma non suppetant , ad hæc
saltem exigua , scilicet , fundam , lapi-
dem , & scutulum ex Mariana præsertim
turri pendentia , & arce demissa , revol-
venda , & explodenda vires non desint.

Ante aram igitur tuam , divina Pal-
las , imbellia excubiarum , & elucubra-
tionum mearum tela , præsertim de Præ-
destinatione non suspendere nequeo ,
non solum , ut in illa roboris expertia
vigor , & splendor derivetur : non so-
lum , ut , quatordecim tibi dicatis libris ,
decimusquintus quintodecimo præci-
puorum tuorum mysterio de prædesti-
nata gloriæ tua Coronæ respondeat :
non solum (sed exilia propria verba re-
cedant , dum Sanctorum Patrum , & Ex-
positorum laudibus hanc catenatam
epistolam texere , & tibi dare fas est) non
solum , inquam , ut Bernardi consilium
tibi plaudens , mihi
suadens , sequar , (1) Bern. serm.
Quidquid illud est de Nativit. O
quod offere paras Aqueductu.
Mariæ commendare ,
memento , ut eodem alveo ad largito-
rem gratiæ gratia redeat , quò fluxit ...
Ideoque modicum illud , quod offerre
desideras gratissimis illis , & omni ac-

ceptiorē dignissimā in Mariā: manib⁹
offerendū trādere c̄ita, si non vis sub-
stītere repulsam: binārum candicissimā
quondam lilia sunt, nec causab̄itq; ille:
liliorum amator, inter lilia non inven-
tum, quidquid illud sit, quod inter Ma-
riā manis invenerit. Non solum tan-
deri, ut enim Bonaventura monito
zequofcam, sed etiam, quia sicut, iux-
ta Ambrosium, Virginitatis, ita, iuxta
Sanctos Patres, & Interpretes, Prædo-
minicis prima Deo vexillum levasti,
—io sicut omnibus diuinis verbis: Diuini
(1) Phenomenon in praeculi personisti; (2)
cap. 8. oꝝ. 22. Dominius posse die me in-
-et ad te nō in initio viarum suarum
(3) Salagutie, (4) Quæ vias (3) rogas, tes-
sum: et 33. annus pondebatque pro omnib⁹
mer, vñscit in his exuditissimus Sa-
nctus Iacobus Lazarus, nisi ipsa Dei co-
filla, & occultissima: Prudentia, seu
Prædestinationis arcus parvus. Dominus in
decessis suis, ac prædefinitionibus, qui-
bus Santos ad gratiam, & gloriam de-
stinat, mihi primatū addidit, ac per me
cœpit instaurare, & vñscere opera sua:
(4) Cornelius (4) h. Mysticæ: haec
Ecclesiasticum, omnia si facile adaptes
per hanc. A 4. illi annuit: Cornelius à
V. 14. & 5. La-

Lapide) Beatzæ Virgini: Nam ab æterno
prædestinata fuisti; primò: ut esse principium operum Dei, puta omnium purarum creaturarum: secundò: ut esse idæa sanctitatis, iuxta quam, Deus Sanctos Angelos, Apostolos, Martyres, Virgines, Confessores, Religiosos efformaret; cùm ergo te, Deus, B. Virgo, mente concepit, & prædestinavit, hos omnes, adeoque Fideles omnes prædestinavit: tertio: principatum gratiæ, & gloriæ tibi decrevit, principatum sanctitatis æquè, ac dominij addixit: Destinavit enim te, ut essem omnium creaturarum Princeps, Regina, & Domina. Quartò: Deus te fecit primitias operum tuorum; solebant Deo offerri primitiæ frugum, ut per eas cæteræ fruges censerentur Deo oblatae, & sanctificate: ita & mundus se obtulit Deo, quasi primitias naturæ humanae, per quam omnes homines, totaque natura censeretur ei oblatæ purificata, & sanctificata ... In Iacob inhabitasti, quia ex Iudeis nata, inter Iudeos habitasti, ibique genuisti Christum, & Christianos, in his ergo, quasi electis à Deo, misisti primas radices Ecclesiæ

Idem ibidem

v. 13.

Christianiz; quæ cœpit in Sion, & Sion
nidiſ converfis opera tui; & Apostolorum.
Rursum Electorum es Dux, Ma-
ter, Magistra, & Custos; unde graves
Theologi docent, signum prædestina-
tionis, & electionis diuinæ esse erga te
cultum, & devotionem aſſiduam.

(3) Te Pater præ-
(5) Damasc. destinavit; Spiritus
orans de domo præfigavit, & Filius in-
mit. Deipara. tē commoratus est. (6)
(6) Idonea in O benedicta, præbe-
contempl. Vir- nedicta, & postbene-
gloris. dicitur dicta! (7) Te à Deo
(7) Ramian. eleſtam, & præelectam
ferm. de An- totam raptuit sibi Spi-
nunc. ritus Sanctus. (8) Nea
(8) Aucthr. in mirum, redempturus
Lac super ecce mundum operationem
Ancil. suam inchoavit à Ma-
tre, ut per quam salus
mundi parabatur, eadem Prima fructum
Salutis hauriret ex pignore: (9) & ut
(9) Chrysolog. na prævia ſis ſalutis,
ferm. 149. populum, quem unde
te generatrix emissit in
Iucem ipsa iure præcessisti in Canticō
Exodi capite decimoquinto, ſumpſit
ergo

ergo Maria sacerdotis Moysi tympanum
egressaque sunt mulieres post eam cum
tympanis, & choris,
quibus præcinebat, (10) Salaz. de
atque adeo sensus est; *Concep. fol. 23.*
ipsa utique, Virgo Bea-
tissima, tamquam chori ductrix, præci-
nes, ac præcedes, aliæ tibi succinent,
atque succedent animæ quotquot, vel
ad gratiam, vel ad gloriam præordina-
tæ sunt.

(11) Christus ergo
sic omnium liberator (11) Card. Cuf-
est, quod & Virginis *san.*
liberator, & prælibera- (12) Bernard.
tor, cæterorum libera- (12) (13) Gregor.
tor, & postliberator. *Venet. in Har-*
Non solumque (12) (13) *Gregor.*
Virginitatis Primice- *Venet. in Har-*
ria, sed (13) redemp- *mon. Cant. 2.*
tionis Christi Primice- *som. 3.*
ria iure appellaris (14) (14) Salazar
quia, sicut olim inter *ibidem.*
milites is Primicerij
nomine censebatur, qui primus in ca-
thologo descriptus erat, quasi *primus in*
cera præscriptus, is præsertim, qui no-
minis sui vocabulo ominis aliquid ha-
beret, & boni aliquid portenderet, ut-
potè

post Fonsclus, Nicet, vel homen aliud
huiusmodi usq; Sanctissima Deipara,
redemptionis nostre Primiceria appell-
aris, quia in libro vita, in quem præ-
destinatus tuus relativus tuum nomen
felicissimum, & a spicarissimum primo
loco exaratum est, quia nimur in ipsa
Dei præscientia, seu libro vita tuum
nomen, MARIA prescribitur, reliqua
subscribersuntur, propterea quod sua salutis
ante alios prænoscit, & præfinitur. Eo-
dem Primicerij nomine censeri solebat
Princeps Regis Notarius, cuius erat, mi-
lites conscribere, officiorum chartas, li-
bellosque obsignare, & alia huiusmodi
~~ad supremum~~ Scribam spectantia præ-
stare, quo sensu de redemptoris Primicerio
occiam appellare licebit, quia non apud
eum in libro vita primo ipso loco ad-
scipta es, sed etiam omnes alios, quot
quot in eum librum relati sunt, ipsa res-
trictis ad te sanæ, tamquam ad Primi-
ceriam redemptionis nostræ spectavit,
electos Dei in diem redemptionis ob-
ligi in libro insigilate. (115) Deduc
(115) Bonaventura in portum salutis;
in Psalt. Ma- ac per te inter iustos
riano. scribatur nomen meum
Qui adquirit gratiam
tui,

tui agnoscetur à Civibus Paradysi , &
qui tui habuerit caractèrem, annotabi-
tur in libron vitæ. (16)

Tu ante omnem crea-
turam in mente Dei
præordinata fuisti , ut
omnium Fœminarum
castissima Deum ipsum
hominem verum ex tua carne procrea-
res , & post Filium Reginam Cœlorum
effecta gloriosa regnares ... & ut brevi-
ter concludam , de hac , & ob hanc , &
propter hanc omnis scriptura facta est ;
propter hanc totus mundus factus est , &
hac gratia Dei plena est ,

(17) Salve sanctum
Dei fermentum (ante (17) Andreas
massam præcedit con- Hieros. serm.
ditum) quo tota gene de Annunc.
ris humana massa confusa tributum , &
persa est , & ex unico Christi corpore ,
ceu panis electus , in unum coit inestim-
mabilis concretio. (18) Salve Dioptra perspe- (18) Idem ibi
ctiva , (19) seu Astro- idem .
labij pars , per quam (19) Salaz. ut
perspectiva arte peri- supr. fol. 26
tus rerum magnitudi- nis in q
nem , distantiam , sublimitatem , &
in -

intervalla speculatur, mirabili certitu-
dine metitur: liceat ergo sic dicere, te,
o Maria, in Dei prævisione Dioptræ
cuiusdam perspectivæ rationem habuif-
se: quia nimirum per te priùs visam ex
sua æternitatis immensa distantia alias
omnes creaturas intuitus Deus, earum-
que magnitudinem, & mensuram specu-
latus fuit. (20) Salve

(20) *Ambry. lib.* Fons signatus (prævia
14. de Virg. cæterorum rivulorum
scaturigo) ideo quod
expressam imaginem Dei immensi, fon-
tis unda, retineas, (21) Ambrosius te

fontem signatum, seu
(21) *Salaz de sigillatū existimat, qui,
Concept. fol. 31 Dei se ipsum in perluci-
laticibus contemplantis speciem exci-
pit, ac reddit. Audens dico: Deus Nar-
cissum illuminatus videt, qui for-
mam suam in nive a fontis unda expres-
sam intuens tanto eius amore exarsit, ut
sui ipsius potius studio in undam ipse
sam sese dederit. Hanc aliter eum Deus
in te, o Maria, velut in fontem candi-
dissimum intuens, & imaginem suam in
te perfectissime descripciam inspiciens,
ac se ipsam doceat ardenter in te, quam*

in

**In cæteris simili creaturis diligens, ac
dicam deperiens, sui quoque perfruca-
di gratia in tua viscera sese deiecit, ac
demisit, teque præ alijs, atque ante alias
omnes creatureas adamavit. Sed quid
obseero, in causa fuit, ut sensisse tunc
sacer, Maria, Dei formam tam exactè
exciperet, ac red deret? certè tua Originis
puritas illibata.**

Ave arcanum Prudentiae Aetar-
rium: Orbis terrestris, & cœlestis pri-
matum gerens. Ave Prædestinatorum
signifera: ante omnes prælecta. Ave
prævia Virginum Tympanistria: Re-
demptionis Primiceria. Ave Fructus fa-
lutis, & Sanctorum primitiæ fructus, &
frugifera. Ave nomen, & omnen habens
in Beatorum cathalogo Prima descrip-
ta, ac beandos Primiceria rescribens.

AVE MARIA.



FACULTAS ORDINIS.

Petrus Blazquez, Societatis Iesu,
in Provincia Toletana Praepositus
Provincialis, potestate ad id mihi facta
et Revert: admodum Patre nostro Mi-
chaele Angelo Tamburini, Praeposito
Generali, facultatem facio, ut liber ins-
criptus de Prædestinatione, Authore P:
Ioanne Marin Nostræ Societatis Theo-
logo, & eiusdem Societas Gravium,
Doctorumque hominum iudicio appro-
batus Typis mandetur. In quorum fi-
de has litteras manu nostra subscriptas;
& sigillo nostro munita dedimus Pla-
sentia in nostro Imperiali Collegio die
22. Martij, ann. 1711.

Petrus Blazquez

L.

Licencias Registry & Ordina-
cij, & Approbationes, extant
en la secunda Tomo de Scientia
Dei, en el año de 1570, que se ha
de pagar al Rey, por cada uno de los
mismos, la summa del Privilegio, y la
Tasa y cesta en el segundo Tomo
de Scientia Dei,
que es de LXXXI. ducados de los 80.
D. Bernardo de Solis.

En la dicha Summa se ha de pagar
al Rey, la cantidad de
LXXXI. ducados de los 80.

188

Erra-
Digitized by Google

Ecrita fac corrigenda.

PAg. 96. lin. 20. retrahere, leg. res
traheré. Pag. 324. lin. 8. denominati-
onem, leg. denominationem. Pag. 273.
lin. 16. Deum non esse, leg. Deum esse.
Pag. 312. lin. 18. spectare, leg. expe-
ctare. Pag. 368. lin. 17: non, legl non.
Pag. 384. lin. 28. sparsitate, leg. potestate.

Corregidas estas críticas, corresponden-
de con su original. Madrid, y Marco
4. de 1711. o. m. 2. 1.

*D. Joachin Benito del Río
y Cordido,
Corregd. Gen. por su Mag.*

TRA:

TRACTATUS DE PRÆDESTINATIONE Sanctorum.

HIC EST PRÆCIPUUS INTER
omnes tractatus, de quo inter alios San-
tos Patres egerunt Augustinus, Pro-
per. Damascenus, Anselmus, Div. Tho-
mas, Bonaventura, & omnes Theo-
logi ipsos sequuti.

DISPUTATIO I. DE EXISTENTIA, ET NECESSI- tate Prædestinationis.

Dupliciter accipi solet hoc nomen præ-
destinationis. 1. pro electione formalis ali-
quoru[m] ad gloriam. 2. pro præscientia,
& præparatione beneficiorum Dei, qui
bus certissimè liberantur, quicunque
liberantur. De utraque accep-
tione agemus, Deo
auspice.

SECTIO I.

*De Nomine, Existentia, Definitione, &
multipliori acceptione prædestina-
tionis.*

SUP. 1. quoad Nomen, aliquos vel-
le ly præimportatum in Prædesti-

A

natio ne denotare prioritatem duratio-
nis, aut temporis. Ex Paulo ad Ephes. i.
Elegit nos in ipso ante mundi constitutio-
nem. i. ad Corinth. 2. Quam prædesti-
navit Deus ante secula in gloria nostra.
Alij dicunt, præcedentiam, quam præ-
ferunt illa verba esse prioritatem cau-
salitatis, qua prædestination influit in suos
effectus. Alij dicunt significare priorita-
tem, & præcedentiam dignitatis, qua
Electi præferuntur Reprobis. Hæ tres
acceptiones rectæ sunt, & communiter
receptæ. Nihilominus Catherinus lib. i.
cap. vlt. dicit, Prædestinationem non
significare quālibet præcedentiam Elec-
torum; sed præcedentiam valdè excel-
lentem, qua Christus, Beatisima Virgo,
Apostoli, & insignes Sancti electi sunt
ad maximam beatitudinem ante visio-
nem meritorum; cæteros vero, qui sal-
vantur non esse prædestinatos. Hæc ac-
ceptio contraria est SS. PP. & commu-
ni sensui Theologorum, dicentium, Nul-
lum non prædestinatum salvari. Alij di-
cunt, Prædestinationem significare elec-
tionem ad gloriam ante absolute præ-
visamerita, de qua postea.

Sup. 1. Prædestinationem, aliquan-

do sumi in malam partem, & tribui Re-

pro-

probis ab August. & alijs SS. PP. apud Ruiz disp. I. de Prædest. sect. 2. n. 13. Sed communiter sumitur pro præordinatione ad finem bonum indebitum. Sed in hoc est etiam disfidium. Gabriel. Ochá. Catherinus lib. I. dicunt, Prædestinationem esse præordinationem ad gloriam. Durando, Vazq. I. part. quæst. 23. art. 4. dicunt, Prædestinationem esse ordinationem ad solam gratiam. Alij apud Suarez lib. I. cap. 5. & apud Ruiz distinguunt duas Prædestinationes, aliam ad gratiam. Ad Ephes. I. *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum.* Ita Anselmus in hunc locum. Aliam ad gloriam, ad Roman. 9. *Vt ostenderet, divitias gratiae suæ in vasa misericordie, quæ prædestinavit ad gloriam.* Quam distinctionem approbat August. & Damascen. apud Gran. disp. I. Suarez supr. num. 5. Ruiz disp. 4. Ribad. disp. cap. Izquierdo disp. 37. dicunt, Prædestinationem involve-re ordinationem ad gratiam, & ad gloriam, tanquam partes, ex quibus coalescit Prædestination. Ita communiter Nostr. Dubium esse potest: an hæc Prædestination, ex his duabus partibus resul-tans, dicat in recto, & formaliter ordi-nem ad gratiam, & radicaliter ordinem

ad gloriam : & ordinatio, seu electio ad gloriam sit Prædestinatio radicalis ; in quo dubio videtur conformius definitioni traditæ ab August. lib. de bono persever. cap. 14. *Prædestinatio est præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur.* Conformius inquam videtur huic definitioni dicere , quod Prædestinatio formalis est ordinatio ad gratiam ; sed cum ordine ad gloriam , ita ut coniungatur cum gloria. Prædestinatio radicalis, est ordinatio ad gloriam , quod suadet D. Thom. ad Roman. 1. lect. 3. dicens: *Non esse prædestinationem, præordinationem subiecti ad aliquas gratias gratias datas, non conducentes ad vitæ aeternæ finem in actu secundo.* Et constare videtur ex Matthæi 25. *Venite benedicti Patris mei, possidere paratum vobis Regnum.*

Sup. 3. De fide esse, de facto dari in Deo Prædestinationem : quia , ut dicit Prosper, ad cap. Gallorum respons. 14. & 15. *Prædestinationis fides multa sanctarum scripturarum auctoritate munita.* Roman. 8. *Quos præseruit, & prædestinavit.* Roman. 9. *Ut secundum electionem propositam Dei manaret.* Matth. 24.

Prop.

Propter electos breviabuntur dies illi.
Acto. 13. Crediderunt quicquid erant
praordinati ad vitam eternam. Trident.
sess. 6. cap. 12. supponens id de fide,
dicit, neminem absque speciali revela-
tione posse de sua prædestinatione cer-
tum esse,

Sup. 4. Multas dari definitiones
Prædestinationis. August. eam definit ut
suprà. Div. Thom. in 1. dist. 60. quæst.
1. art. 2. dat definitionem, quam vo-
cat Magistralēm: *Preparatio gratiæ in*
presenti, & gloriæ in futuro. Et hic;
quæst. 23. art. 1. sic: *Ratio transmisio-*
nis creature rationalis in vitam eternam.
Bonavent. in 1. dist. 40. art. 1. quæst.
2. sic: *Praordinatio alicuius ad gloriam*
principaliter, & ad alia in ordine ad glo-
riam. Scotus in 1. dist. 40. quæst. 1.
Electio creature intellectualis ad gra-
tiam, & gloriā. Bellarm. lib. 2. do-
grat. cap. 9. sic: *Providentia Dei, qua*
certè homines ex massa perditionis miser-
ricorditer selecti, per infallibilia media ad
vitam diriguntur eternam. Definitio
Augustini est communiter recepta apud
Suarez lib. 1. cap. 2. & reliquæ, quali
explicationes definitionis Augustini; et
in modo significandi ordinem ad gra-

tiam, & gloriari, apparenter deferri possint.

Est ergo Prædestinatio : *præscientia*, & *præparatio beneficiorum Dei*, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur. Ly *præ* denotat præcedentiam Prædestinationis in duratione, & causalitate. Dicitur *scientia*, quia est præparatio prævidæ mediorum ad finem, quæ, ut talis, involvit cognitionem mediorum. Dicitur *præparatio*, quia ordinat, & disponit media progrediendo usque ad affectionem finis. Dicitur *beneficiorum Dei*, per quæ denotatur auxilia gratiæ actualis, & habitualis. Dicitur *quibus certissimè*, &c. per quæ denotatur efficacia mediorum in actu secundo in ordine ad finem. Unde dispositio mediorum, ex se conducentium ad finem gloriæ, si cum ea non coniungatur, ut accidit in multis reprobis, non est Prædestinatio recepta ex August.

Dubium est. Qui comprehendantur sub hac definitione? Ioannim in suis Inst. Theol. part. i. dissert. 4. cap. 5. Platel. dicunt, eam definitionem solum comprehendere eos, qui contraxerunt Originale: quia solum, qui peccarunt, dicuntur liberari. Aliqui verò cum Suarez

cen-

œnsent, sub hac definitione, etiam Christum, & Beatam Virginem, & Angelos comprehendendi, quia omnes liberantur: & in oratione Dominica non solum petimus, liberari à malis præteritis, sed etiam, præservari à malis. An verò in ly *præscientia* denotetur scientia visionis, vel conditionata? Dicemus postea.

SECTIO II.

An, & quomodo Prædestinatione sit necessaria?

Sup. 1. Certum esse, Prædestinationem non esse antecedenter necessariam in Deo, quia potuit nullas creaturas rationales producere. Deinde non est absolute necessaria ex suppositione creationis Angelorum, & hominum: quia potuit eos relinquere in statu puræ naturæ, & non eos elevare ad statum supernaturalem gratiæ, & gloriæ. Difficultas est: an, ut creatura rationalis assequatur gloriam per merita, necessaria sit Prædestinatione; an aliquis possit salvari sine Prædestinatione?

Prima sent. dicit, non esse necessariam Prædestinationem, ut aliquis in hac

providentia consequatur salutem; immo;
plures eam assequutos esse de facto sine
Prædestinatione. Ita Catherinus lib. 2.
de Prædest. cap. ult, dicens, solum esse
de facto prædestinatos Christum, B. V.
Apostolos, & confirmatos in gratia. Se-
cunda sent. dicit: De facto salvati om-
nes, & solos prædestinatos: & neque in
alia providentia esse dabilem creaturam,
qua salvetur sine prædestinatione. Ita
Suarez lib. 1. de Prædest. cap. 3. Thyr-
sus tom. 1. disput. 1. sect. 4. Minuesa
disp. 8. sect. 3. Aranda lib. 8. num. 3 1.
& communiter Thomistæ apud Alvelda
disp. 70. sect. 1. Boliviar tract. 6. dub. 1.
Palanco disp. 7. quæst. 12. Tertia sent
dicit: In hac providentia, neminem pos-
se salvati, quin sit prædestinatus; in alia
vero providentia potest quis salvati ab-
que prædestinatione. Ita Quiròs disp. 1.
sect. 2. Herr. quæst. 15. sect. 1. P. Doct.
Vincentius Ramirez disp. 1. cap. 2. Quar-
ta sent. distinguit Prædestinationem for-
malem, & materialem. Prædestinatio
formalis est, quæ tribuit media, quibus
certissimè liberentur ex intentione glo-
riæ. Prædestinatio materialis est, quæ
tribuit media, quibus certissimè liberen-
tur; sed non ex intentione gloriæ. Dicit
ita-

Itaque, neminem posse salvari in hac, neque in alia providentia sine prædestinatione materiali, in alia verò providentia, omnes creaturas rationales naturales posse salvari sine prædestinatione formalis. Ita Ribad. dñp. 19. cap. 2. Iunio. sed. 8. num. 2. Placet hac ultima sent. quæ per varias conclusiones dabitur.

Dico 1. In hac providentia, nulla creatura rationalis potest salvari, quæ non sit prædestinata prædestinatione formalis. Prob. Prædestinatio formalis, est præscientia, & præparatio mediorum, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur. Sed in hac providentia nullus potest salvari, cui non sint data media obtentura salutem ex præscientia, & intentione salutis: ergo. Prob. In primis certum est dari scientiam de eo, quod per illa media daretur salus. Deinde ea media tribuit ex intentione salutis: ergo. Prob. min. Matth. 25. *Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum.* Aug. tract. 68. in Ioan. loquendo de mansionibus. Deus fecit illas, prædestinando; facturus est, operando. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 35. *Firmissimè tene, Et nullatenus dubites, omnes, quos vasa misericordie, gratuita bonitate, Deus fecit, ante conf-*

*constitutionem mundi in adoptionem. Fi-
liorum Dei prædestinatos ab eo... nec
quempiam eorum, quos non prædestinavit
ad vitam, ulla ratione posse salvare. Con-
firm. Præsens providentia sumitur ex eo,
quod de facto evenit; non ex eo, quod
potest evenire. Sed de facto nullus sal-
vatur, qui non sit formaliter prædestina-
tus, seu prædestinatione formali: ergo
in hac providentia nullus potest salvare,
qui non sit prædestinatus prædestinatione
formali. Min. constat ex Fulgent. Aug.
& Matth.*

Obij. Hæc est mala consequentia: *De
facto omnes, & soli prædestinati (salvan-
gur: ergo nullus potest de facto salvare non
prædestinatus. Sed hoc ipso non tenet
nostra tatio: Ergo. Frob. mai. Hæc est ma-
la cōseq. Petrus de facto salvatur prædes-
tinatus: ergo non potest de facto salvare
non prædestinatus: Ergo, & prima. Prob.
ant. Hæc est mala cōseq. Petrus de facto
peccat: ergo de facto non potest non pecca-
re. Et ratio est: quia ab exercitio liberop
vnius potestatis, malè arguitur ad impo-
tentiam de facto respectu alterius. Resp.
Nego mai. Ad prob. nego ante. Ad prob.
dist. ant. Hæc est mala cōseq. Petrus de
facto peccat: ergo non potest non peccare,*
in

in sensu diviso, conc. ant. ergo non potest non peccare *in sensu composito*, nego ant. & conseq. Itaque. Verū est, quod, qui de facto peccat, potest non peccare *in sensu diviso veritatis antecedentis*; at verò non potest non peccare *in sensu composito veritatis antecedentis*; cum igitur præfens providentia sit, quod omnes, & soli prædestinati salventur, nullus potest salvari *in sensu composito huius providentiae*, quin sit prædestinatus prædestinatione formalī; si verò posset salvari, impediendo hanc providentiam, de quo postea, hoc esset, posse salvari in alia providentia sine prædestinatione formalī; non verò posse salvari sine prædestinatione formalī in hac providentia, seu *in sensu composito huius providentiae*.

Dico 2. Impossibile est, ullam creaturam rationalem naturalem salvari absque prædestinatione materiali, ut loquitur Ribad. vel laxa, ut loquitur Iunio. Prob. Prædestinationis materialis, vel laxa, est præscientia, & preparatio mediorum, quibus certissimè liberentur; etsi hæc media non conferantur ex fine salutis, sed ex alio fine. Sed omnino impossibile est, ullam creaturam rationalem salvari, quin Deus conferat media cum præ-

præscientia de consecutione salutis , et hæc conferat ex alio fine : ergo Min. est nota, attenta natura providentiaz Dei.

Dico 3. In alia providentia creaturæ rationales possunt salvare sine prædestinatione formalis, & stricta. Prob. Prædestinationis formalis , & stricta est præscientia, & præparatio mediorum, quibus certissimè liberentur, quicunque liberantur, collatione orta ex intentione salutis. Sed potest dari collatio mediorum cum scientia de eo, quod aliquis certissimè liberabitur, quin hæc collatio oriatur ex intentione salutis : ergo. Prob. min. Potest Deus dare eiusmodi media simul cum tali scientia ex fine constituendi voluntatem indifferentem ad consensum & dissensum , & cum dicta scientia. Sed ex his non tenetur Deus velle salutem, volitione antecedenti , ex qua orientur hæc media : ergo. Min. videtur clarus: quia Deus omnino liber est, ut velit antecedenter, tam volitione efficaci , quam inefficaci, salutem.

Obij. Ex Thyrso. Nequit Deus velle dona gratiaz , præcipue habitualis , nisi propter gloriam. Sed nequit homo consequi gloriam per merita , nisi per collationem gratiaz habitualis : ergo , nequit

con-

consequi gloriam , nisi per gratiam datam ex intentione gloriae. Prob. maior. Quando vna res ex se est propter aliam, nequit Deus velle unam , nisi propter aliam. Sed gratia ex se est propter gloriam : ergo. Prob. min. Quia gratia est ius ad gloriam,& semen gloriae. *Confirm.* Nequit velle Deus rem existere aliter, quam potest existere. Sed gratia ex se est propter gloriam : & cum ordine ad gloriam: ergo nequit velle gloriam existere, & non propter gloriam,& sine ordine ad gloriam.

Resp. neg. mai. Ad prob. nego mai. Ad confirm. concef. mai. & min. claritatis gratia. dist. conseq. quoad 2.p. negatum quoad 1. non potest velle gloriam sine ordine intrinseco ad gloriam, conc. conseq. sine ordine extrinseco ad gloriam, nego conseq. Itaque. Gratia ex se dicit ordinem intrinsecum ad gloriam, exigentiam gloriae , est medium aptum ad consequendam gloriam : & nequit Deus velle gloriam , quin velit hanc appetitudinem, exigentiam, & ius intrinsecum gratiae ad gloriam : at vero recte potest haec velle , quin extrinsecè , & in actu 2. ea vellit propter gloriam: sicut quivis actus virtutis ordinatur ex se , & intrinsecè ad

ad Deum, & possumus velle, & s^ep^e vol-
lumus actus virtutum moralium, & non
propter Deum.

Obij. 2. Aranda. Repugnat modo ope-
tandi prude ntissimo, quod ponens cau-
sus, sciat, se placitum in effectu orto ex
causis, qui in eas ponat ex complacentia
in effectu. Sed Deus ponens media,
quibus certissimè obtinenda est salus,
scit, se placitum in salute orta ex his
medijs: ergo repugnat Deum conferre
hæc media, quin ea conferat ex compla-
centia in salutem. Prob. mai. Quod affert
gaudium in executione, in præscientia
anticipat amorem, qui regulet media:
sic quis credat, Sagittarium placitum
in eo, quod attingat scopum, & quod sa-
gittam iaciēs, non eam iaciat ex compla-
centia attingendi scopum. Resp. Nego
mai. Quia Deus sciens, quod si peccaret
Adam, veniret Verbum in natura huma-
na Redemptor sanativus, & quod placi-
turus esset in tali adventu, non potuit
permittere peccatum ex intentione talis
adventus, ut diximus disp. 8. de Incarnat.
sec. 2. Ad prob. dist. ant. permissa necessa-
ria excitatione amoris in præscientia.
Qui contingenter regulet media, ex se
materialiter talia, conc. ant. qui necessa-
ri q

fiò regulet media, nego ant. Ad subsumptam prob. concess. ant. regulatiter loquendo, nego conseq. Disparitas est: quia Sagittarius, regulariter loquendō, non iacit sagittas, nisi ex intentione attingendū scopum: ideoque regulatiter loquendō iactus Sagittæ oritur ex ea intentione: et si forte possit dari casus, in quo ex alio fine iaciat sagittas; at vero certum est, Deum posse prudenter dare gratiam, ex alijs finibus, quam ex fine consequendi gloriam: Ideoque potest eam velle, & non ex fine consequendi gloriam.

Obij 3. Implicat agens potentissimum sapientissimum ordinata media conexa cum effectu, & benefaciendo per illam ordinatem, dando connexionem, quin velit dare effectum, & quin operetur ex fine effectius. Sed Deus ordinat donum perseverantiaz finalis connexum metaphysice cum beatitudine, & benefaciendo donando tale donum: ergo implicat, quod ita ordinat, nisi ex fine beatitudinis. 2. Aug. de dono perseverant. cap. 2 i. dicit. perseverantiam non, nisi ab eodem donari, qui nos praedestinavit in suum regnum, & gloriam: ergo nequit dari nisi ex fine praedestinationis. Resp. Permissum, quod donum perseverantiaz esset in alia provi-

dentia connexum cum beatitudine , cum
in hac solum ex decreto Dei sit conne-
xum. Dist. mai. Implicitat ordinare media,
connexa cum effectu, ad illum effectum,
quin illum velit, conc. mai. ordinare ad
alium finem , quin primum effectum ve-
lit, nego mai. Deus enim non ordinaret
tunc donum perseverantiae ad gloriam;
& ideo potest non moveri ex gloria. *Ad*
2. dico. D. Aug. loqui in hac providentia,
ut ex eius verbis coligitur.

Obij 4. Implicitat, quod homo sit bo-
nus sine formali Dei beneficio : ergo, &
quod sit in medijs ad fœlicitatem, & per
illa in floœitate , quin beneficentissima
Dei providentia direxerit : ergo prövi-
dentia involvit actum voluntatis circa
finem, scilicet fœlicitatem. Resp. Permissio
ante. in alia providentia : quia etsi faciat
bonum , si non facit ex intentione boni,
non est beneficis, dist. conseq. Quin di-
rexerit Dei providentia materialis , lata,
vel inadæquata, quaterius dicit præscien-
tiam, conc. conseq. quin direxerit provi-
dentia stricta, & adæquata circa beatiudi-
nem, nego conseq. quia sufficit, quod di-
rigat providentia stricta, & adæquata cir-
ca alios fines, & quod dirigat providen-
tia materialis, lata, & inadæquata, quate-
rus dicit præscientiam. Obij.

Obij. 5. Implicat aliquem salvari, quin Deus ab æterno præparaverit salvationem: ergo, quin Deus prædestinaverit: quia prædestinatione nihil aliud est, quam præparatio salutis. 2. Nulla res potest consequi suum finem, nisi per divinam providentiam. Sed providentia, per quam obtineatur finis gloriae, est prædestinatione: ergo nulla creatura potest salutem obtainere absque prædestinatione. 3. Sic se habet prædestinatione ad gloriae consecutionem, sicut providentia in alijs rebus ad finem, quem intendit. Sed nemo potest consequi finem intentum per providentiam, nisi per divinam providentiam: ergo neque potest consequi salutem, nisi per divinam prædestinationem.

Resp. Dist. ant. Implicat aliquem salvari, quin Deus ab æterno præparaverit salvationem, præparatione *lata*, vel *materialis*, conc. ant. præparatione *stricta*, nego ant. & distincta eodem modo subiuncta, probatioe, nego conseq. Ad 2. dist. mai. Nulla res potest consequi suum finem, nisi per divinam providentiam *materiam* vel *latam*, conc. mai. Strictam præcisè, nego mai. & dist. min. Providentia *lata*, vel *materialis*, vi cuius obtineatur finis gloriae, est prædestinatione, nego mai.

Providentia *stricta* est prædestinatio, cōc. min. & nego conseq. Ad 3. dist. mai. sic se habet prædestinatio ad gloriae consecutionem, sicut providentia in hac providentia, conc. mai. in alia providentia, nego mai. & conc. min. dist. conseq. In hac providentia, conc. conseq. in alia providentia, nego conseq.

¶ Dubitari etiam solet: an Prædestinatio sit pars subiectiva providentiae? Caietano in 14. part. quest. 23. art. 1. Vazquez disp. 87. Ruiz disp. I. Fasol. dub. 1. Tanero disp. 3. quest. 2. Beccano cap. 14. quest. 2. dicunt, Prædestinationem non esse partem subiectivam providentiae. Suarez lib. I. cap. 18. Molina I. p. quest. 22. art. 1. disp. 2. Arrubal. quest. 22. art. 1. disp. 63. Ermelma disp. 3. cap. 7. Ribaden. disp. 1. cap. 2. Muniesa disp. 8. sedt. 2. P. Doct. Vincent. Ramirez disp. 1. cap. 3. dicunt, Prædestinationem esse partem subiectivam providentie.

In questione de nomine placet secunda sent. quæ videtur D. Thom. quest. 23. art. 1. *Prædestinatio, quantum ad obiecta*

iecta, est quedam pars Providentiae. Et artic. 2. Prædestinatio est quedam pars Providentiae. Prob. Iuxta D. Thom. 2.
2. quæst. 120. art. 2. Illud est pars subiectiva alterius, de qua prædicatur alterum, & est minor altero. Sed de Prædestinatione prædicatur, esse providentiam, & est minor providentia: ergo Prædestinatio est pars subiectiva providentiae. Prob. min. Providentia, iuxta D. Thom. hic, quæst. 22. art. 1. ex Boetio 4. de consolatione: *Providentia est ipsa divina ratio in summo omnium Principe constituta, quæ cuncta disponit.* Sed Prædestinatio est divina ratio in summo Principe constituta, quæ media disponit in ordine ad beatitudinem: ergo de Prædestinatione prædicatur providentia, & est minor providentia. Confirm. Prædestinatio est providentia connexa cum fine particulari, quem intèdit, scilicet, cum beatitudine. Sed providentia, etsi sàpè sit connexa cum fine particulari, quem intèndit; non omnis providentia est connexa cum fine particulari, quem intèndit, ut dicemus sect. 7. ergo Prædestinatio est minor providentia, & de ipsa prædicatur providentia.

Secundò. Ideo scientia libera est pars

Subiectiva scientia Dei: quia de ea prædicatur scientia Dei, & est minor, seu extenditur ad pauciora, quam scientia Dei. Sed de Prædestinatione prædicatur providentia, ut videlicet, & est minor, quam providentia: ergo. Prob. min. quoad 2. part. Providentia extenditur ad omnia, animata, & inanimata, sensibilia, & rationalia. Sed Prædestination solum extenditur ad rationalia: ergo. Prob. mai. Ex Sap. 6. *Æqualiter est illi cura de omnibus.* Et 11. *Omnia in mensura, & numero, & pondere constitueristi.* Lucae 12. *Respicite volatilia cœli, quoniam non servant, neque metunt, neque congregant in horrea,* & Pater vester Cœlestis pascit illa; nonne vos magis pluriſtis illis? Hieronymus in Matth. 10. *Nonne duo passeris, &c. Animalia absque Deo non decidunt Autore,* & in omnibus est providentia, & quæ in his peritura sunt, sine voluntate Dei non pereunt. August. in Psalm. 145. *Fecit Deus Cœlum, & terram, & mare, & omnia, que in eis sunt,* & te, parum dico, te, & passerem, locustam, vermiculum, nihil horum, non ille fecit, & cura est illi de omnibus. Div. Thom. disp. 22. art. 1. dicit, necesse est, se ponere in Deo providentiam omniū: ergo

ergo ad plura se extendit providentia,
quam prædestinatio.

Deinde. Providentia, ex Izq. disp.
42. quest. 3. dividitur in naturalem, &
supernaturalem. Naturalis est, qua Deus
providet bona naturalia; supernatura-
lis, qua providet bona supernaturalia; et-
si iuxta, Suarez lib. 3. de Attribut. cap.
10. providentia supernaturalis etiam
versatur circa naturalia, ex 1. ad Corinth.
3. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi,*
Christus autem Dei.

§.

III. CAP. 32

¶ Dubium etiam est: an Prædestinatio
sit pars obiectiva providentiae? Ribaden,
disp. 1. cap. 2. dicit, esse mentem con-
cordem Theologorum, prædestinatio-
nem esse partem obiectivam providen-
tiae. Idem dicit Izq. disp. 37. Dubitat ta-
men Junio sect. 1. num. 14. Placet com-
munis sent. quæ est D. Thom. quest. 23.
art. 1. *Prædestinatio, quantum ad obiecta*
est pars providentiae. Prob. Illa est pars
obiectiva alterius, quæ per se formaliter
respicit obiectum partiale alterius. Sed
Prædestinatio, etsi de facto omnia ordi-
net ad beatitudinem, ex 1. ad Corinth.

3. *Omnia vestra sunt, &c. per se formaliter, seu titulo prædestinationis, non attingit omnia propter beatitudinem: ergo. Prob. min. Prædestinatio, titulo talis, per se formaliter solum attingit propter beatitudinem ea, quæ iuvant, & servient, ad consequendam beatitudinem; non ea, quæ removent, ut peccata, & quæ neque iuvant, neque unquam sunt iuvatura. Sed ad hęc omnia extenditur providentia: ergo Prædestinatio, titulo talis, solum se extendit ad obiectum partiale providentie.*

SECTIO III.

*An Prædestinatio consistat in actu intellectus, vel in actu voluntatis, vel
eque constituantur ex
alioque?*

THomist̄ communiter apud Godoy disp. 60. dicunt; prædestinationem cōsistere in actu intellectus, connotato, vel supposito actu voluntatis. Ita Palanco disp. 7. quæst. 4. conveniens in hoc cum Thomistis, licet in alijs dissensisset, quæst. 3. Bolivar tract. 6. dub. 2. vel, ut alij volunt, subsequento actu volunt-

Iuntatis. Et ex Nostris, Ruiz disp. 3. de provid. sect. 2. Antonius Perez disp. 1. cap. 2. Granad. 1. part. controv. 4. tract. 5. disp. 2. Quiròs tom. 2. disp. 3. sect. 2. Ex Div. Thom. hic, quest. 22. art. 1. *Ratio ordinandorum in finem, providentia est.* Et quest. 6. de verit. art. 1. *Prædestination in actu rationis consistit dirigen-
tis, vel ordinantis in finem.* Et ad direc-
tionem in finem prærequisitur volun-
tas finis. Idem tenet Bellarminus tom. 3.
lib. 2. de grat. cap. 9. Valentia 1. part.
quest. 22. & 23. Fonseca tom. 3. metaph.
lib. 6. Secunda sent. dicit, Prædestina-
tionem consistere in actu voluntatis,
connotato extrinsecè actu intellectus. Ita
Bonavent. Scotus. Inclinat Suarez lib.
1. de Prædest. cap. 17. Vazq. 1. part.
disp. 87. cap. 3. Lesio de Prædest. sect. 2.
Iunius sect. 1. cap. 7. num. 4. Izq. disp.
37. num. 171. §. 1. Id suadent ex Dio-
nys. 5. de divin. nominib. *Scripta di-
vinæ prædestinationes appellant divinas, ac
bonas voluntates, quæ constituant, & fa-
ciunt universa.* Quod insinuat Paul. ad
Rom. 8. *Quos præscivit, & prædesti-
nit.* Damasc. 1. de Fide 19. ait: *Provi-
dentia est voluntas Dei, per quam om-
nia, que sunt, convenientem gubernatio-*

nem suscipiantur. Nemesis de facili. an-
trię, cap. 23. Providentia est rerum pro-
curatio à Deo suscepta... Dei voluntas,
per quam omnia, que sunt, aperte gubernan-
tur. D. Thom. in 1. dist. 60. quest. 1.
art. 2. Preparatione gratie in presenti, &
gloriæ in futuro. 3. contra Gent. cap. 73.
Providentia divina est voluntas Dei, per
quam omnia quae sunt, convenientem de-
ductionem accipiuntur.

Tertia sent. asserit, Prædestinationem
 sicut dicere utrumque actum. Ita
 Molin. 1. part. quest. 22. Bocano, Heri-
 te, Arrubal, Herr. quest. 11. sect. 9. Al-
 drete, Alensis, Marsil. Lugo, Compton.
 Muniesa disp. 1. sect. 2. Thysius disp. 2.
 sect. 3: Aranda disp. 29. sect. 2. P. Doc.
 Vincent Ramirez disp. 2. cap. 5. Idque
 in re tenet Suarez non bene citatus ab
 aliquibus pro Scotistis, ut videre est lib.
 '3. de Attribut. cap. 10. ubi dicit, actum
 intellectus, & voluntatis requiri ad pro-
 videntiam, & vix definire posse, quinam
 eorum magis necessarius sit. Verum est
 tamen, quod lib. 1. de Prædest. cap. 17.
 ait, duas sententias, suprà relatas, esse
 probabiles. Idque censuit Vazq. 1. part.
 disp. 83. cap. 3. Quarta sent. asserit, tam
 de actu intellectus, quam voluntatis, &
 de

de complexo utriusque posse verificari
esse prædestinationem. Ita Ribad. disp.
19. cap. 1. & Quiròs.

In hac varietate sententiarum, quæ
vis valdè probabilis est authoritate, &
ratione. Suárez, & Vazquez iudicant,
quæstionem esse de voce: quia, ex una par-
te prædestinatione nequit stare absque de-
creto: quia est *præparatio*: nec absque
scientia: quia esset cæca, Ruiz. disp. 3. sect.
1. iudicat, esse de re. Multum credo ha-
bere de voce. Nihilominus verosimilius
iudico, prædestinationem consistere in
complexo ex actu intellectus, & ex actu
voluntatis, æquè dicente vnum, ac aliud
in recto. Prob. In varietate sententiarum
æquè probabilium, ea tenenda est, quæ
quoad fieri possit, componat authorita-
tes Patrum. Sed sent. dicente, prædesti-
nationem consistere in complexo ex actu
intellectus, & ex actu voluntatis, quoad
fieri possit, componuntur authoritates
Patrum: ergo. Prob. min. Alij SS. PP.
dicunt, prædestinationem consistere in
actu intellectus; alij dicunt, consistere in
actu voluntatis. Sed hæc authoritates,
quoad fieri potest, componuntur, dicen-
do, consistere in complexo ex actu intel-
lectus, & ex actu voluntatis, æquè primò
di-

dicente actum intellectus, & actum voluntatis: ergo. 2. Prædestinatio consistit in eis actibus, quæ ponuntur ab Aug. in definitione prædestinationis: & ea ratione, qua ponuntur. Sed ab Aug. ponuntur in definitione prædestinationis actus intellectus, & voluntatis: & æquè primò ponitur actus intellectus, & voluntatis: ergo prædestinatio est complexum ex actu intellectus, & voluntatis, æquè primò dicens actum intellectus, & voluntatis.

¶

Dubium est, quisnam actus scientiaz, & voluntatis constituant prædestinationem, & providentiam & incipiendo ab actibus scientiaz. Omnes illi actus scientiaz constituunt prædestinationem, qui constituunt libertatem ad providam præparationem mediorum: Ideo constituit prædestinationem scientia naturalis, simplicis intelligentiaz, qua cognoscitur, non solum possilitas mediorum; sed omne possibile, & impossibile: quia, et si titulo non frustrationis prædestinationis, sufficeret scientia de possilitate mediorum, & finis: ita titulo perfectissimo voluntarij, qualis debet esse divina preparatio-

me-

Sect. 3.

mediorum, petit cognoscere circunstan-
tias, cum quibus coniūgitur, quæ cognos-
cibiles sint, pro signo libertatis ad ipsā:
alias coniunctio cum illis esset casualis.
Sed talis præparatio coniungenda est
cum omnibus possibilibus, & impossi-
bilibus: ergo petit cognitionem possibi-
lium, & impossibilium: quæ abs dubio
cognoscibilia sunt pro signo libertatis ad
præparationem.

Propter eamdem rationem est con-
stitutiva prædestinationis omnis scientia
necessaria, sive absoluta, qua Deus vider-
se, & suas perfectiones, sive conditionata,
qua, sub conditione non existente, sed
metaphysicè connexa cum obiecto, illud
cognoscit conditionatè. *Similiter.* Si in-
tentio distinguatur ab electione medio-
rum, prædestinationem formalem distin-
ctam constituit visio intentionis: quia,
ut diximus, intentio est prædestinationis ra-
dicalis, & intentio debet movere ad elec-
tionem constituentem inadæquate præ-
destinationem formalem. Sed non aliter,
quam media sui visione: ergo. *Similiter.*
In præsenti providentia visio meritorum
Christi constituit inadæquate prædestina-
tionem: quia Deus movetur ex meritis
Christi, ad destinandos homines ad glo-
riam.

riam. Similiter Scientia media constituit inadæquate prædestinationem; quia, ut dicemus disp. 2., constituit libertatem ad providam præparationem auxiliorum. Visio tamen beatitudinis in se ipsa, ut absolutè future, & extra omnes suas causas, non constituit prædestinationem, ut diximus disp. 9., quia non constituit libertatem. Sicut nec similis visio consensus constituit providentiam ad consensum.

Dices. Præparatio divina auxiliorum ex se, & ab intrinseco est libera, & provida; ergo libertas in actu 1., & scientia, non constituunt providentiam collativam auxiliorum. 2. Si scientia constituit providentiam, etiam omnipotentia, & voluntas per modum potentie constituët providentiam; quia constituunt libertatem. Sed hoc nullus dixit; ergo. Resp. Dist. ant. Præparatio divina auxiliorum ex se, & ab intrinseco est essentialiter libera, & provida illative, conc. ant. formaliter sub dist. inadæquate, conc. ant. adæquate, nego ant. & conseq. quia constituitur inadæquate in esse providam, & liberam in actu secundo per libertatem, scientiam, & præparationem. Sicut actus essentialiter liber, etiam constituitur liber

in actu secundo per libertatem in actu primo: quod autem preparatio constitutatur in esse providè, seu in esse prædestinationis per scientiam, constat ex Aug. definito prædestinationem *Præscientia, & preparatio, &c. Ad 2. dist.* Omnipotentia, & voluntas constituent realiter, & materialiter providentiam, conc.mai. constituent formaliter, seu in sensu formalī, seu in sensu intento à SS. PP. nego mai. & nego min. in sensu dicto, & consequentiā in qua SS. PP. solum agebāt de his, quę per modum actus constituent providentiam, & prædestinationem. Ideò Alij dicunt, constituui per actum intellectus. Alij per actum voluntatis. Alij per utrumque; & cum Omnipotentia, & voluntas, dicēt realiter sit actus intellectus, & voluntatis Dei, non sit formaliter actus; ideò noli eas numerant inter constitutiva prædestinationis.

De actibus voluntatis constituentibus prædestinationem, breviter dico. Prædestination formalis, & ita constituitur per præparationem mediorum, ut in ex intentione finis, vel cum ea identificata,

ut constat ex definitione Augustini. Intentio finis, distincta ab electione, est predestinatio radicalis: quia ex ea oritur predestinatio formalis. Preparatio mediorum orta ex prescientia infallibili, sed non ex intentione gloriae, esset predestinatio materialis, & laxa; non strista, nec formalis.

S E C T I O . IV.

De imperio intellectus Thomistico.

Familiae est multis Theologis posse in quovis agente rationali quoddam imperium rationis, quod vocant monasticum, seu physicum, & despoticum, quo sibi ipsi, & suis potentijs imperet ea ratione, qua imperium politicum, seu civile, & morale superioris imperat subditos: & quia imperium politicum externum ex conceptu suo stat in insinuatione, seu intimatione voluntatis superioris, & insinuare, seu notificare, videtur pertinere ad illum: ideo imperium monasticum in actu intellectus constituant: cuius qualitatem, & yltam modo proponemus.

Circa qualitatem. I. sent. afferit, hoc im-

imperium esse actum intellectus; non tamen esse apprehensione, neque iudicium: ideoque est preceptivum, non tamen perceptivum. Ita Capreolus, Cayetanus, Bartholomeus, Medina, Soto, apud Izq. disp. 37. num. 84. et si Ioannes a Sancto Thoma. q. 23. disp. 2. art. 3. velit, esse iudicium. Et ex nostris Valencia tom. 2. quæst. 12. Gran. 1. par. contr. 4. tract. 5. disp. 3. sect. 2. Quiros tom. 2. de Deo, disp. 4. sect. 2. Salas 12. tract. 6. disp. 2. sect. 2. Hoc ab aliquibus vocatur absolutè imperium Thomisticum. Alij dicunt, tale imperium esse iudicium, quod reflectit supra beneplacitum suum, & urget ad executionem, ut refert Ribad. disp. 18. vel intimat obligationem exequendi ex vi actus præhabiti, ut Aldrete, disp. 1. de prædest. sect. 6. vel dicit, hoc, præ alio, esse eligendum, aut exequendum, ut referunt, communione nostri cum Suarez lib. 1. de prædest. cap. 6. Vazq. Ruiz de provid. disp. 3. sect. 7. Herrera quæst. 1. sect. 7. & Thomistæ moderni cum Godoy tom. 2. in 1. par. tract. 8. disp. 59. Goher. disp. 1. de prædest. art. 2. & 9. Vide Orteg. contr. 6. disp. 32. certam. 1. iusto de iure.

Circa usum. Alij dicunt, hoc imperium necessario debere precedere ad om-

nes actus liberos, tam creatos, quam in-
creatos. Ita antiquiores Thomistæ, & ex
Nostris Bellarm. lib. 2. de grat. & lib.
arb. cap. 9. Antonius Perez de provid.
disp. 1. cap. 2. Alij dicunt, hoc impe-
rium debere dari tam in Deo, quam in
creaturis; sed debere poni inter electio-
nem, & usum aetivum, seu voluntatem
executivam. Ita Cajetan. Nazarius, Al-
belda, Cornejo, Capreolus, Medina,
Montesinos, Ioan. à S. Thoma 1. part.
disp. 7. de Prædest. art. 2. & 3. Carmel-
litæ tom. 1. tract. 5. disp. 2. dub. 2. §.
3. Godoy 1. part. tract. 8. disp. 59. Go-
net disp. 1. de Prædest. art. 2. & 9. Bo-
livar tract. 6. dub. 1. Salas 1. 2. tract. 6.
Alij ex Nostris dicunt, hoc imperium ef-
fe post omne decretum voluntatis, &
immediatè determinare facultatem exe-
cutivam ad usum passivum rei. Ita Gra-
mad. controv. 4. tract. 5. disp. 3. sect. 1.
2. & 3. Ruiz de provid. disp. 3. sect. 9.
& de Prædest. disp. 1. sect. 6. Huc re-
duci potest Palanco, de Deo, disp. 7.
quæst. 3. ubi plura dicit. Num. 21. dicit,
non dari in Deo decretum intentivum
distinctum ab executivo. Num. 45. dicit,
dari in Dei intellectu imperium efficax
regulans ipsum aetivum divinæ volun-

tatis, seu executione in medi orum. Num. 47. dicit. In Deo non dari propriè imperium monasticum ; sed solum monarchicum, quo imperat causis secundis, ut faciant, vel ut fiant. Et quæst. 4. num. 2. dicit. Prædestinationem consistere in actu intellectus practici, connotato, vel supposito actu voluntatis.

Nostri communiter dicunt, Imperium intellectuale significatum his vocibus fac hoc, neque necessarium, neque utile esse ad productionem creaturarum, neque ad providentiam, vel Prædestinationem. Ita Mollna l. part. quæst. 23. art. 2. disp. 2. Suarez lib. 1. de Prædest. cap. 16. Vazq. disp. 87. cap. 3. Jesus, Almain, Arrubal, Alarcon, Gaspar Hurtado, Arriaga de Prædest. disp. 32. sect. 1. Tannero disp. 3. quæst. 1. Ribas tract. 6. disp. 2. Franciscus de Lugo disp. 37. Ribad. disp. 18. cap. 3. Izq. disp. 37. num. 99. Herr. quæst. 1. sect. 7. Muniesa disp. 2. de provid. sect. 7. Aranda disp. 30. P. Doct. Vincentius Ramirez disp. 2. cap. 3.

Ribadencira suprà dicit, tam in Deo, quam in creaturis posse dari imperium monasticum minus propriū, sumptum pro iudicio practico de utilitate

mediorum, quod, supposita intentione, movet ad electionem. Ita etiam Izq. supra n^o 1. Herr. sec. 8. & supposita distinctione intentionis ab electione, omnes debent concedere possibile eiusmodi imperium, & frequenter dari.

Si hanc voluntatem colligitur

quod est utrumque potest, id est utrumque non potest.

Ad resolutionem questionis. Supr. 1. In quolibet negotio providentiae distinguuntur posse, & solere actus. Primus, Intentio finis. Secundus, Electio mediorum. Tertius, Usus activus, quo voluntas efficaciter vult, ut potentia sibi subdita exeat in executionem mediorum, & finis: qui actus, seclusis imperfectionibus, possunt dari in Deo. De his actibus mentionem facit D. Thom. 1. 2. quest. 17. sed non est necessarium, semper dari, hos tres actus distinctos, etiam in creatura: quia voluntas, cognitapossibilitate, etsi velis, futuritione conditionata finis, & utilitate mediorum, potest per eundem actum velle finem, eligere media, & eas exequi.

Sup. 2. Imperium sapè sumi pro actu voluntatis. Id colligitur ex Div. Thom. 1. 2. quest. 17. cui titulus: De acti-

actibus imperatis à voluntate. Et ibi art.
4. Imperium , & actus imperatus , sunt
unus actus humanus. Et sèpè imperantur
actus voluntatis. Et 2. 2. quæst. 4. art.
2. ad 2. Oportet , intellectum esse prompt-
um, ad seq uendum imperium voluntatis.
Et quæst. 58. art. 8. ad 1. Voluntas mo-
vet per sui imperium omnes alias animis
potentias. Id etiam constat ex Script. &
SS. PP. à quibus proponitur voluntas
Dei, ut præcipiens , & imperans. Ideo
quidquid sit, an in alijs locis sentiat D.
Thom. imperare esse actum rationis, non
voluntatis, ut clarè sentit 1. 2. quæst. 17.
art. 1. Imperare est actus rationis, præ-
supposito tamen actu voluntatis ; in lo-
cis tamen à nobis citatis, clarè dicit, im-
perare esse actum voluntatis, quod no-
bis sufficit, quidquid sit an hæc conve-
niant.

Sup. 3. cum Izq. num. 87. Impe-
 riū politicū extērnum consistere in
 intimatione voluntatis præceptivæ su-
 perioris, sive hoc præceptum dicat con-
 stitutivè solam extērnā insinuationem,
 & de connotato voluntatem præcepti-
 vam, ut ipse asserit, se citans ad disp. 1.
 de legib. quæst. 3. sive utramque dicat
 constitutivè, iam in recto, iam magis in

recto, iam in obliquo ; de quo ; suo fo-
co. Ex quo infert contra non particos,
Imperium politicum non posse consiste-
re in actu intellectus : quia externè insi-
nuare, non pertinet ad intellectum. Ita-
que superior externè præcipiens, ad sum-
mum , affirmat , se habere voluntatem
præceptivam. Sed cum voluntas præ-
ceptiva sit talis ex modo tendendi exer-
cito, non ex modo tendendi signato, ut
diximus disp. 4. de iustific. sect. 2. &
possit tendere sic: *Fac hoc;* vel sic: *Man-
sdo, Præcipio, Impono obligationem;* præ-
cepto , & imperio externo, non semper
correspondet imperium internum , sic
tendens : *Fac hoc;* quia possunt alia cor-
respondere.

SECTIO V.

*Repugnat imperium intellectuale distin-
ctum ab apprehensione, Et
iudicio.*

Probatur. Implicat actus intelle-
ctus, qui non pertineat ad aliquam
speciem actus intellectus. Sed actus, qui
neque sit apprehensio ; neque iudicium
ad nullam speciem actus intellectus per-

timet: ergo. Prob. min. Arist. lib. de interpretat. exp. 1. distinguens species actus intellectus, solum numerat apprehensionem, iudicium, & discursum, qui discursus, vel est iudicium, vel resultat ex iudicijs, vel ex apprehensionibus: ergo. Confirm. Actus potentiae adaequatè cognoscitivæ, & perceptivæ, debet esse cognoscitivus, & perceptivus. Sed intellectus est potentia adaequatè cognoscitiva, & perceptiva spiritualiter; sicut potentia visiva materialiter: ergo. Prob. mai. Actus potentiae visivæ materialis debet esse materialiter perceptivus: quia est actus potentiae materialiter perceptivæ: ergo. Similiter 2. Repugnat actus alicuius potentiae, qui non moveatur ex obiecto formalis talis potentiae. Sed actus intellectus, qui nec est apprehensio, nec iudicium, non moveretur ex obiecto formalis intellectus: ergo. Mai. est vera quia hac ratione repugnat actus voluntatis, qui non moveatur ex bono. Prob. min. Obiectum formale intellectus est verum; sed actus intellectus, qui nec est apprehensio, nec iudicium, nequit moveri ex verò: ergo.

Prob. 2. Actus denuntians bonitatem obiecti, vel obligationis, debet esse

apprehensio, vel iudicium. Sed imperium intellectuale est actus denuntians bonitatem; vel obligationem: ergo Min. est D. Thom. I. 2. quæst. 17. artic. 1. *Imperans ordinat eum, cui imperat ad aliquid agendum, intimando, vel denuntianda.* Prob. mai. In imperio politico consistente in intimatione, & denuntiatione obligationis, hæc denuntiatio, & intimatione nequit stare, quin excitet, & denotet apprehensionem, vel iudicium bonitatis obiecti, vel obligationis. Sed actus intellectus dicitur imperium, ad similitudinem imperij politici: ergo, *Confirm.* Licet, ut observat Ribad. disp. 18. cap. 2. possint dari aliqui actus voluntatis, qui neque sint amor, nec odiū integri obiecti, ad quod terminatur, v. gr. hic actus: *Volo pallium Petri*, terminatur ad Petrum; & neque est amor, nec odium Petri: implicat actus voluntatis, qui non sit amor, volitio, vel nolitio, circa partem obiecti, ad quod terminatur: ergo etsi possibilis esset actus intellectus, qui neque esset apprehensio, neque iudicium, respectu integri obiecti, ad quod terminatur, implicat actus intellectus, qui nec sit apprehensio, nec iudicium, saltem respectu partis obiecti,

ad

ad quod terminatur. 2. Eiusmodi imperium determinat infallibiliter voluntatem. Sed intellectus nequit determinare infallibiliter voluntatem; aut hæc infallibilis determinatio, non est, unde proveniat ex imperio rationis, nisi quia proponat infinitam bonitatem obiecti, vel actum præcedentem voluntatis: ergo id proponit. Sed nequit id propone-re, quin sit apprehensio, vel iudicium; ergo.

Dices ex Godoy §. 5. Verum, esse intellectum speculativum solum habere actus apprehensionis, iudicij, & discursus, ut patet ex D. Thom. lect. 7. in 1. Arist. de interpret. & 2.2. quest. 83 art. 3. At vero, cum hæc sibi obiecisset D. Thom, responderet, intellectus practici dari alios duos actus, scilicet orationem, qua à Superiore petit: & imperium, quo inferiori præcipit: qui non sunt apprehensio, nec iudicium. 2. Imperium, & oratio explicantur per hæc verba: *Fac hoc*, que non sunt capax veritatis, nec falsitatis: ideoque non debet ipsis correspondere actus capax veritatis, aut falsitatis; sed alijs actus specialis; quia diverse voces sunt, *fac hoc*, & *bonum est hæc facere*. Sicut ergo iste insinuat actum, vel convenientiam.

executionis ; ille insinuat actum, qui hic
huius afferat.

Contra. Quia D. Thom. i. 2. quæst. 17. ubi ex professo agit de imperio , ad probandum cum evidētia, esse *actum* ~~intimatiōnis~~, dicit art. 1. Imperare non est moveāre quomodo cumque; sed cum quadam inti-
matione denuntiativa ad alterum. Sed non bene percipitur, quod imperium sit
denuntiativum, & intimativum, si non sit
tale, representando iudicative, vel appre-
hensive, bonitatem obiecti, vel obliga-
tionem : ergo. Imò 2*3*. quæst. 8 p. art. 2.
citato contra nos, favet in nostrum in-
tentum : quia ibi ait: *Ratio speculatoria*,
& practica in hoc differunt, quod ratio
speculatoria, est apprehensiva solum rerum;
ratio vero practica, non solum apprehensi-
va, sed etiam causativa. Vbi ex eo, quod
imperium sit actus intellectus practici,
non negat, esse apprehensionem, & cog-
nitionem perceptivam; sed ultra habere,
esse causativam. Ad 2. Placet Vazq. 1, 2.
disp. 49. dicens. Expressio affectus facta
superiori ad obtinendum aliquid, est ora-
tio. Facta amico, est *susatio*, facta inferiori,
imperium: Ideoque verba. *Fac hoc*, sive
sit oratio, sive imperium, sive susatio, sunt
capacia veritatis : quia exprimunt voci-

lun-

linitatem praeceptivam; vel defiderium consequendi, ita ut falsoem virtualiter sit mendax, qui sine tali voluntate præcipiat, aut oret.

Dices 2. Plures sunt actus pertinentes ad intellectum, qui non sunt apprehensio, nec iudicium: v.g. *formido, dubitatio, suspicio, admiratio, &c* alij: ergo potest dari actus rationis, qui non fit apprehensio, nec iudicium. Prob. ant. Formido explicata his vocibus *forte non erit*; non est sola apprehensio falsitatis: quia Catholicus credens, sèpè apprehendit fallitatem, & non formidat: nec est iudicium *sic tendens, possibile est, me falli*: alias iudicans cum formidine sic, *impossibilis est* prædeterminatio, simul haberet, vel posset habere hunc actum; *possibile est, me falli*; quo iudicaret esse possibilem prædeterminationem consensus liberis, & sibi contradiceret. Deinde dubitatio est actus intellectus apercipitis, & neque est mera apprehensio, neque perverit ad indicium & idem de suspicione. Deinde si admiratio reducitur ad unum ex tribus actibus relatis, non differeret admirativum à rationali, contra communem sensum.

Rcp. predictos actus reduci ad aliquem ex tribus actibus intellectus. Non

loquimur modo de sola formidine radicale consistente in iudicio probabili de opposito; sed de formidine formalis, & haec semper stat in apprehensione suaviva, vel in iudicio de eo, quod fundatum non certò suadeat existentiam rei; & ideo in utrinque probabilibus sèpè datur hoc iudicium. *Deus connectitur, sed forte fallor, vel forte non connectitur,* & perly *forte non connectitur,* non negatur connexionio, sed solum assertur, fundamentum, affirmans connexionem, non esse certò suadens connexionem, vel saltem, datum apprehensio suaviva in connexionis. *Dubitatio* negative sumpta, consistit in omissione iudicij coniuncta cum apprehensione suaviva debilitatis fundamenti. Positivè sumpta, vel consistit in hac apprehensione, vel in iudicio de eo, quod non datur sufficiens fundamentum, ad iudicandum. *Suspicio* consistit in apprehensione fundamenti, incertantis, ad iudicandum, sed debiliter, vel in iudicio de existentia fundamenti, incertantis, sed insufficientis, ad iudicandum. *Admiratio* est iudicium, quo fatemur, & exprimimus magnitudinem rei, nostram inspectationem, insufficientiam ad illam, ignorantiam causz, & modi illam faciendo.

§.

§.

T Dico 2. Imperium intellectuale non est necessarium ad omnes actus liberos voluntatis. Conclusio est communis contra antiquos Thomistas, Bellarm. & Anton. Perez. Prob. Illud imperium, per vos, est connexum cum actu voluntatis primo, v.g. Sed hoc imperium existit necessariò : ergo tollit libertatem actus. Conseq. patet, etiam in principijs Thomistarum : quia antecedens, necessariò existens, connexum cum actu, se tenens ex parte potestatis, tollit libertatem. Prob. min. Illud imperium non existit immediate liberè: quia sic solum existunt actus voluntatis; non mediaè liberè: quia non existit, medio actu libero, immediate; cum præcedat ad illum: ergo existit necessariò. **Confir.** Quod est necessarium, ex suppositione necessaria, & inimpedibili, te teniente ex parte potestatis, est simpliciter necessarium. Sed actum existere, ex suppositione imperij, est necessarium, ex suppositione necessaria, & inimpedibili, ut probavi, se tenente ex parte potestatis ad actum, ut fateris: ergo est simpliciter necessarium. **Aliter.** Neque datur libertas ad

ad actum in casu imperij, neque in casu
carentiae imperij, posita eius necessitate:
ergo tale imperium est repugnans, ut ac-
tus existat liberè. Primam partem pro-
bavi; probo secundam. Quando non da-
tur potestas ad actum, non datur liber-
tas. Sed in casu carentiae imperij non da-
tur, per vos, potestas ad actum: ergo, ne-
que libertas. Vnde si loquamur de Deo,
Deum creare mundum, non erit contin-
gens, cum necessarium sit decretum de
mundo.

Resp. Bellarm. & Anton. Perez supr.
Illud imperium non tollere libertatem;
quia existit voluntariè, & liberè, quatenus
voluntas se, sinit, moveri per illud impe-
rium, seu quatenus scivit, existere impe-
rium; necessitas autem proveniens à vo-
luntate, non tollit libertatem.. In primis
hec solutio continet difficultatem salvan-
di libertatem immediatam, respectu ac-
tus imperati, de quo disp. 5. de actibus
hum. sect. 5. & 6. Deinde. Per te, illud
imperium existit voluntariè, & liberè,
qui præcedat aliud imperium: cur er-
go actus voluntatis non poterit existere
voluntariè, & liberè, qui præcedat im-
perium? 2. Per te voluntas liberè se, si-
nit, determinare, seu sinit, existere impe-
rium;

rium: ergo potest resistere eius existentia, & quidem, sine imperio intellectuali. Nunc sic. Sinere se determinare per vos, est quid negativum, & pura omissione: ergo, resistentia, utpote opposita omissioni, erit quid positivum. Sed hoc potest ponи sine imperio: ergo, & actus voluntatis.

Respondent aliqui Thomistae, quod sibi placuisse, ait Godoy disp. 59. §. 7. distinguendo duas formalitates, ut salvent mutuam prioritatem. Dicunt imperium, secundum quod dirigit, proponit solùm, & mouet, qua ratione est inconnexum cum actu voluntatis, præcedit ad actuum voluntatis, prout hic est reflexa volitio sui ipsius, & in signo sequenti ad hanc reflexionem existere imperium in ratione talis, & in ratione præcientis, qua ratione est connexum, & præcedit ad actuum voluntatis, quatenus hic est volitio obiecti. Hæc solutio admittit, imperium secundum unam formalitatem physicè causare se ipsum secundum aliam; & ratio causa, & causati sine reali distinctione salvari non potest. 2. Per te ad actuum voluntatis, prout est reflexa volitio sui, non præcedit imperium sub ratione imperij, & existit voluntarie, & libere se-

cundam illam rationem : ergo illa formalitas , & omnes actus voluntatis, potest existere voluntariè , & liberè , qm præcedat imperium sub ratione imperij . 3. Per vos, quia voluntas est cæca, debet præcedere imperium, ut est illuminatio . Sed etiam est indifferens ad habendam illam formalitatem : & quia indifferens, indiget per vos, determinatione alia : ergo debet præcedere, ut determinans , seti sit imperium. 4. Si imperium sub ratione imperij non est impeditibile , posita præcedentia illuminationis , necessario existente, auferet libertatem iuxta dicta , si est impedibilis & ergo etiam in creatis poterit coniungi formalitas dirigenis cum carentia formalitatis præcientis: quod est valde difficile.

Dicęs. Imperium posse impediiri per omissionem actus voluntatis. Contra. In primis, existente imperio, non datur potestas ad omissionem: quia si imperium est connexum cum actu , & antecedens ex parte actus primi ad actum ; & omission actus est essentialiter divisa ab imperio. Deinde neque datur potestas libera ad omissionem, existente carentia imperij : quia quando non datur potestas ad actum, non datur libertas ad omissionem.

Sed

Sed existente carentia imperij, non datur per vos, potestas ad actum: ergo neque librens ad omissionem.

Obij. 1. Si imperium non esset necessarium ad omnem actum, in pluribus actibus deficeret præciputus actus prudentis, quod est imperium rationis: quod solum in Deo operante providentissime, non est concedendum: ergo ad omnem actum præcedit imperium rationis.
 Resp. 1. cum triplicis, ad prudenter, & honeste operandum sufficere actum speculativum de honestate obiecti. Resp. 2. Dato, requiri actum prudentie practicum sufficere hunc: honestum est, hoc sacerdotes quid non est imperium, sed minus proprium, ut iudicant Ribadi Izq. Herrera, supr. 1. et 2. deponuntur.

Obij. 2. Antequam voluntas eligat bonum A, præ B; debet præcedere iudicium de eo, quod omnibus pensatis, bonum A præferendum sit bono B: quia si cum voluntas non potest eligere nisi bonum; ita non potest unum bonum, præstatio, eligere, nisi iudicando, illud esse maxime bonum. Sed illud iudicium de prælacione est imperium, & connexum cum electione boni A: quia sub tali iudicio non potest eligere B: ergo ad omnem

ac-

actum voluntatis debet præcedere intellectum. *Expliatur.* Quia intellectus fertur in verum; non potest minus verum præferre magis vero: ergo quia voluntas fertur in bonum, non potest minus bonum preferre maiori bono: & consequenter, stante iudicio de meliori bono, quod præcedere debet ad electionem illam, erit ad talem electionem.

Hac obiecto calculatoria est pœnitutus falsa. Quia in primis, quando electione facienda est inter æqualia, ut accedit in actibus divinis, quomodo dabitur illeactus? Item quando eligitur delectabile, & omititur honestum, quomodo datur illud iudicium sine heresi. Item. Quis dubitet, sœpè imprudenter eligi minus bonum, & committi maius bonum. Resp. Negò mai. quòd scilicet ad præferendum exercitè bonum A, bonum B, debeat præcedere iudicium de eo, quod illud debeat eligi, quod illud sit maius bonum. Inquit, neque ad præferendum signatè in electione: quia potest quis ita tendere: vola A, quamvis minus bonum, etsi imprudenter ita tendat. Ad explicationem. Resp. Negro, quòd ideo intellectus non potest præferre minus verum magis vero: quia fertur in verum; non enim ideo provenit;

sed

Sed quia non est potentia libera: ideoque quando non apparet evidenter veritas, indiget imperio voluntatis: immo sicut ex imperio voluntatis potest determinari ad minus verum, et si imprudenter: cur non poterit voluntas, et si imprudenter, determinari ad minus bonum? Preterquam. Si paritas valeret, sicut intellectus à veritate finita clarè proposita, necessitatur ad assensum, quia tendit in verum; etiam voluntas, quia tendit in bonum, necessitatibus à bonitate finita, clarè proposita. Sed de his vide de actibus humanis.

Dico 3. Contra Ruiz, & Gran. non esse necessarium imperium, quod intercedat inter voluntatem executivam, & executionem. Quod etiam ex parte erit contra Palanco supra. Prob. Ideo requireretur, aut præcederet hoc imperium in Deo, & creatura, ut operatio externa existeret prudentissimè à Deo, & prudenter à creatura. Sed ad hoc non requiritur: ergo. Prob. min. Iuxta ipsos, intentio, electio; & voluntas executiva existunt prudenter, quin ad eas præcedat simile imperium: ergo. Confirm. Totâ prudentia actus necessarij consistit in positione causæ necessitantis. Sed vo-

luntas executiva in Deo, & creatura, dicitur
alijs prærequisitis, necessitat ad po-
sitionem rei: ergo prudentia, & impe-
rium rationis deberet precedere ad vo-
luntatem executivam, non verò ad actio-
nem externam. 2. Divina voluntas po-
test absolute immediate determinare
actum necessarium voluntatis creatæ, &
alterius potentiae: ergo non est necessa-
rius alter actus, ut immediate determi-
netur voluntas creata ad actum necessa-
rium, nec ut determinetur Omnipoten-
tia. Ant. videtur verum. Prob. ultima
pars conseq. contra Ruiz, & Granad. De
ratione divinæ voluntatis est, habere im-
mediate subiectam Omnipotentiam: er-
go. Prob. ant. Si divina voluntas non
haberet immediate subiectam Omnipo-
tentiam, Omnipotentia non esset perfe-
ctissimè subiecta divinæ voluntati, in
operando: ergo. Prob. ant. Si Omnipo-
tentia non concurreret immediate cum
creaturis ad earum operationes, creatu-
re non essent perfectissimè subiectæ Om-
nipotentiae: ergo similiter.

Confirm. 2. Potentia, quæ non est
appetitiva, nequit moveri per rationem.
Sed potentia externa executiva non est
appetitiva: ergo nequit moveri per im-

pe-

perium rationis. Prob. mai. In eo differunt appetitus innatus, & elicitus, quod *elicitus* tendit in bonum, quia apparet, *innatus*, quia est. 2. Imperium politicum nequit dari respectu potentiarum non appetitivae. Sed imperium monasticum dicitur imperium per similitudinem ad politicum: ergo nequit dari respectu potentiarum non appetitivae. Prob. mai. Imperium politicum nequit dari respectu potentiarum, quae non possit dirigi per imperium: ergo. 3. Probari potest ex rationibus immediate ponendis.

SECTIO VI.

Imperium Thamisticum medians inter electionem, & volitionem executivam, seu usum activum, neque est necessarium, nec datur in Deo, nec in creatura.

P Rob. Voluntas movet persui imperium omnes alias potentias animarum ad suas operationes: ergo non est necessarium imperium rationis, neque subsequens voluntatem executivam, neque medians inter electionem, & voluntatem executivam. Prob. ant. ex Div.

Thom. 2. 2. quæst. 58. art. 8. ad 1. *Von-*
luntas mouet per sui imperium omnes alias
anima potentias. Et in 1. dist. 44. quæst.
 1. art. 1. ad 3. *Voluntas se habet, ut im-*
perans ad opus, quod potentia exequitur.
Confirm. Opus non procedit ex scientia
 Dei, nisi media voluntate imperante, &
 potentia exequente. Sed in his præcisè,
 nec intervenit, nec fit mentio de impe-
 rio rationis: ergo, ut opus procedat à
 potentia exequente, nō est necessarium,
 neque datur imperium rationis. Prob.
 ant. ex D. Thom. in 1. dist. 38. quæst. 1.
 art. 2. *Ex scientia Dei non procedit opus,*
nisi media voluntate imperante, & poten-
tia exequente. *Confirm.* 2. Voluntas po-
 test imperare intellectum, ut prudenter
 agat: ergo non est necessarium imperium
 intellectus, ut voluntas agat prudenter.
 Prob. ant. ex D. Thom. 2. 2. quæst. 4.
 art. 2. ad 2. *Oportet intellectum esse*
promptum ad sequendum imperium vo-
luntatis.

Prob. 2. Sicut usus activus petit ori-
 ti ex electione; etiam, iuxta ipsos, electio
 petit oriri ex intentione. Sed hoc non
 obstante, non datur, iuxta ipsos, impe-
 rium medians inter intentionem, & elec-
 tionem, etiam quando unicum medium
 est;

Est eligendum: ergo neque datur imperium medium medians inter electionem, & usum activum. **Confirm.** cavendo solutionem Godoy. Ideo non datur imperium medians inter intentionem, & electionem: quia intentio non determinat ad electionem huius medij determinati. Sed haec ratio potius probabat, debere dari imperium medium, quod determinaret potentiam ad eligendum medium determinatum: ergo, si hic non datur, nec inter electionem, & usum activum. **Ali-**
ter. Etiam, posita eleccione, potest exequi per hoc, vel illud decretum, intrinsecè, aut extrinsecè dependens ex eleccione: ergo cum electio non determinet ad hoc determinatum decretum executivum, non dabitur imperium oratum ex eleccione.

Confirm. 2. Non magis determinat volitionem executivam imperium proponens electionem, quam electio; cum in vi electionis determinet, iuxta Div. Thom. 1. 2. quæst. 17. art. 1. **Imperium rationis præsupponit actum voluntatis, in cuius virtute movet.** Si ergo iam supponitur determinata volitio executiva omnino superflua, & repugnans erit alia determinatio, vel saltem non erit neces-

Sarla. Itaque. Quamvis in Deo, posita electione, detur cognitio illius, hoc non probat, illam cognitionem esse imperium, nec dari ex necessitate, quam habeat voluntio de tali cognitione: sicut etiam, posita intentione distincta ab electione, datur cognitio intentionis, & haec non est imperium electionis. *Confirm.* 3. Imperium monasticum, non tam obligat, quam necessitat ad operandum. Sed sola voluntas, quae est dominica, potest necessitare ad usum activum; non vero intellectus: ergo sola voluntas potest imperare usum activum. *Prob. min.* Intellectus solum necessitat, proponendo summam bonitatem, aut bonitatem sine retrahente. Sed decretum: executivum, nec proponitur ut summa bonitas, nec sine retrahente: ergo.

Probatur insuper, & explicatur. Electio efficax determinat indispensabiliter duo, scilicet, cognitionem electio- nis, & usum activum: quia sine illis ne- quit existere: ergo sicut determinat cog- nitionem sui absque ullo actu novo de- terminante, poterit determinare usum activum absque actu determinante; imo determinabit: quia cum necessario ori- tur

cur utrumque ex electione , non est, cur unum expectet aliud, ad existendum : si quidem potentia utriusque actus sunt & que subditur voluntati eligendi. *Expli-*
catur. Qui sciens electionem non posse existere sine usu activo, se determinat ad electionem , hoc ipso se determinat ad usum activum. Sed Deus , & creatura scit electionem , non posse existere sine usu activo ; ergo dum se determinat ad electionem, se determinat ad usum activum; ut quid ergo requiritur alia determinatio.

Dices 1. Genes. 1. *Dixitque Deus:*
Fiat lux; & facta est lux. Psalm. 148.
Ipse dixit, & facta sunt : ipse mandavit,
& creata sunt. Quæ verba, ait Godoy,
intelligenda sunt in stricto sensu pro imperio , siquidem intelligi possunt : ergo datur imperium rationis. Resp. Permissio , quod illa verba intelligenda sunt in stricto sensu ; illa verba denotant imperium voluntatis , seu decretum Dei; non vero imperium rationis.

Dices 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 17.
art. 8. afferit , præceptum rationis esse actum principalem prudentiam : cum ergo Deus omnia prudentissime operetur, illud imperium , erit imperium tationis.

D 4

Resp.

Resp. cum Vazq. 11 2. disp. 49. Nullum actum prudenter vocari propriè imperium, sed solum impropriè: quia solum posset vocari imperium actus prudenter ostendens modum, quo aliquid agendum est: & hoc non est propriè imperium, ut ex se patet, & ex conclusione sequenti magis patebit.

Dices 3. Cognitio proponens debitum operandi ex determinatione ad ultiorem actum, est imperium. Sed posita electione distincta ab usu activo, statim experitur intellectus cognitio nem proponendi debitum operandi ex determinatione ad usum activum: ergo ea cognitio est imperium. Resp. Admissio, quod prius oriatur cognitio ex electione, quam usus activus, dist. mai. Cognitio proponens illud debitum operandi minus proprium sumptum pro iudicio pratico, conc. vel permitto mai. est imperium monasticum strictum, nego mai. & permissa min. dist. conseq. Ea cognitio est imperium minus proprium, sumptum pro iudicio pratico, conc. conseq. est imperium monasticum Thomisticum, nego conseq. quia ea cognitio proponens illud debitum operandi constituit libertatem ad ponendam hanc

vo-

volitionem executivam , vel illam , ex hoc , vel illo motivo , & ad hoc dirigit ; at verò imperium monasticum Thomisticum determinat , & necessitat , & non dirigit ad id , quod imperat .

Ex his . Si obijciatur D . Thom . Dicendum , mentem esse dubiam : quia locis , à nobis citatis , clarè dicit , voluntatem imperare alias potentias , & ipsum intellectum : ideoque , dum requirit imperium rationis , ad operandum , ne D . Thom . sibi contrarius sit , intelligendum est hoc imperium rationis , non pro imperio monastico stricto , sed pro imperio minus proprio , scilicet , pro iudicio practico , iam de utilitate medij , iam de debito , & obligatione decreti executivi , quod imperium , semel data distinctione inter intentionem , electionem , & voluntatem executivam , & potest dari , & frequenter dabitur sine praividicio libertatis : & cum hoc iudicium aliquatenus moveat , habet aliquam similitudinem cum imperio : ideoquè minus propriè potest dici imperium , ut loquamur cum D . Thom .



SECTIO VIII

At sit de ratione providentie intendenter finem, a se quis finem, quem intendit? Vbi, an Deus serio alicet salutem omni-

mum inse ipsa est in se ipso?

Affirmant communiter Thomistae apud Ruiz disp. c4. sect. 2. praecepit constituentes providentiam in unum perigonastico. Nostri communiter negant apud Izq. disp. 3. 7. num. 175. Aliqui carmen varie distinguunt apud Junio secundum cap. 5. Muniessa disp. 3. sect. 1. Arriaga 1. pars disp. 3. num. 44. dicit, quod si aliqua providentia nullam finem intenderet efficaciter, posset frustrari omni fine intrinseco, non extrinseco.

Dico breviter cum communis nos
trorum sententiarum. Certum esse, providen-
tiam, qua parte dicit scientiam, non pos-
se falli: ideo capit Ecclesia. *Dens et quis*
providentia in sui dispositione non fallitur.
Dico 2. Providentia efficaciter intentiva
finis, nequit frustrari fine sic intento: quia
licet possimus impedire plura decreta
Dei; si tamen semel existat decretum
efficax, infallibiliter erit effectus in sensu

com-

composito decreci : quia est metaphysicè connexum cum effectu. Dico 3. Nulla providentia Dei potest frustrari omni finē intento. Itaque orationis divina providentia assequitur finem universalem; quem principaliter intendit, scilicet, gloriam Dei , & ostensionem Attributorum: quæ a quæ relucet sive creatura peccet sub auxilio dato ex seria voluntatē consensus, sive non peccet. Quod notantur August. Boetius, apud Ruiz disp. 4. sect. 3. & 4. & in hoc sentiu intelligi potest D. Thom. qui hic quest. 23. art. 6. aquiparat in certitudine providentiam cum prædestinatione. Hac certa sunt. Difficulitas est: an Deus possit intendere aliquem finem , & provide præparare media in talem finem , quin assequatur finem intentum.

Dico cum communi nostrorum sent. Deus potest seriò intendere aliquem finem, præparare ad illum media , quin assequatur talem finem, Prob. De ratione providentiae est ordinatio mediorum in finem. Sed potest Deus ordinare media, scilicet auxilia in consensum, & illum non assequi: ut patet in reprobis , quibus ex voluntate illa generali 1. ad Thymot. 2. Qui vult omnes homines salvos fieri.

*N*i, quæ scilicet, Voluntas seria, & non simulata est; ut multis probat Ruiz de volunt. disp. 17. & 20. et si aliqui contradixerint apud eum hic disp. 4. sect. 1. & apud Izq. disp. 4.n. 3. ex hac, inquam, voluntate confert omnibus auxilia ex intentione consensus: at talem finem non consequitur: ergo potest providentia intendere aliquem finem particularem; quem non assequatur. Siquidetur etiam. Ex D. Thom. quest. 6. de Verit. art. 1. In qualibet ordinatione ad finem est duo considerare, scilicet ipsum ordinem, ex exitum, vel eventum ordinis: providentia ergo ordinem in finem respicit tantum; sed praedestinatione respicit etiam exitum, unde, non est nisi eborum, qui gloria consequuntur: ergo iuxta D. Th. potest dari providentia in aliquo fine sine exitu, & assecutione, talis finis.

Dices i. D. Thom. hic q. 22. art. 4. ad 1. Evenit contingenter quod divinae providentiae ratio habet, ut contingenter evenias. Et quest. 23. art. 6. Providentiae ordo est infallibilis, ut supra ostensum est: ergo iuxta D. Thom. de ratione providentiae est, esse infallibilem. Sed hoc est, infallibiliter assequi finem intentum: ergo. Resp. conces. ant. dist. conseq. Declaratione providentiae est, esse infalli-

fallibilem, secundum quod providentia claudit scientiam, conc. conseq. secundum quod claudit intentionem, & præparationem in finem, subdit ut intentio, & præparatio respiciant finem principalem, & universalem gloriae Dei, & ostensionis Attributorum, conc. secundum quod respicit finem particularem, nego, & hinc patet ad reliqua.

Dices 2. Imperfætio est, aliquid esse frustra, seu frustraneum. Sed si intentio Dei de salute esset sine fine salutis, esset frustra, seu frustraneum: ergo. 2. Imprudentia, est ponere media in ordine ad finem cum notitia certa de non aſſequitione finis. Sed Deus per præparacionem auxiliorum non coniungēdam cum fine, poneret media cum notitia certa non aſſeſtūtionis finis: ergo. Maior. videtur vera etiam in hominibus, ubi prudens haberetur, qui poneret media ad obtinendum finem, quem sciret, non obtinendum. Resp. Conces. mai. nego min. quia non est frustra, quod ita exiitit, ut sit infinitè amabile, quale esset decretum inefficax salutis, & consensus: & propter eamdem rationem non esset fruſtraneum, quod idem videtur sonare, ac esse fruſtra. Verum est, quod tale decretum

fru-

frustraretur secundum quod respicit finem particularem minus principaliter intentum; non vero secundum quod respicit finem universalem, & principalem gloriae Dei, & ostensionis Attributorum, quae aequè relucet in frustratione, quam in non frustratione finis particularis inefficaciter intenti. *Ad 2. dist. mai. Imprudentia esset in Provisore particulari, ponere media ex intentione finis cum notitia certa non assecutionis finis, permitto mai. in Provisore universalis, nego mai. Itaque. Permisso, quod esset imprudentia, ponere media Provisorem particularem ex intentione finis cum notitia certa non assecutionis: quia Provisor particularis posset, non procurare alium finem per alia media, & tunc forte esset imprudentia; at vero non est imprudentia in Provisore universalis, qui, praeter finem particularem intendit alio, fines, quos infallibiliter consequitur, ut diximus.*

Permissi, hanc fore imprudentiam in Provisore particulari: quia scire vellem ab argente: an imprudenter faciant Catholici rogantes pro salute omnium Filium defunctorum, ut iubet Ecclesia, & Paulus 1. ad Timoth. 2. 2. An impruden-

denter faciat Superior ponens media regularia , ad vitandum , quod moraliter fecit, non esse omnino vitandum? Et sic de alijs. Certe i. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri , & ad cognitionem veritatis venire; & nec omnes veniunt ad agnitionem veritatis , nec omnes salvi fiunt.

Dices 3. Ex Basil. Legionensi 1. p. variar. Deum dicto loco solum velle, quod non deficiat finis , seu consensus, quatenus est ex parte Dei, id est, solum velle, existere auxilium , quo possit consentire. Occasione hulus responsi, explicare oportet , quænam sit hæc voluntas Dei erga salutem omnium : an Deus serio velit, non præcisè amore simplici, seu complacentia; sed voluntate seria beneplaciti, salutem omnium, voluntate terminata ad ipsam salutem.

Ianepistæ dicunt, Deum non velle serio salutem omnium, voluntate terminata ad salutem *in se ipso*; sed in præparatione causarum universalium, v.g. vult, existere merita Christi , & ex eius meritis existere Sacra menta, & fontes gratiarum. Omnes tamen Catholici, præter unum, vel alterum antiquum, apud Izq. disp. 40. Ruiz de volunt. disp. 19, 20. & 21. Rip-

con-

contra Baium disp. 23. à sect. 17. Ribaldi
disp. 6. num. 3. Aldrete disp. 11. de præ-
dicto. sect. 6. Petavium tom. 1. Theolo-
gic. dog. lib. 10. cap. 3. ubi longum Catha-
logum A.A. videre poteris.

Dico. Cum communi Catholicorum
sent. Deum serio velle in se ipsa salu-
tem omnium eorum, qui salvi non fiunt,
non solum voluntate signi, nec solum
amore simplici, seu complacentia. Prob.
Ezechiel. 3. *Nolo mortem impij, sed*
ut convertantur impius à via sua, & vi-
vatur. Etc. 18. *Numquid voluntatis meæ est*
mors impij, dicit Dominus: et non ut con-
vertatur à vijs suis, & vivat? Matth. 8.
Sic non est voluntas ante Patrem vestrum,
qui in Cœlis est, ut pereat unus de pusillis
istis. Vbi D.Thom. Minus dicit, & plus
significat: quia voluntas est, ut salven-
tur. 2. Petri 3. Patienter agit propter vos,
nolens, aliquos perire; sed omnes ad poenitentiam reverti. 1. ad Timoth. 2. Vult,
omnes homines salvos fieri.

Idem clarè dicunt innumeri SS. PP.
videndi apud Ruiz, Betavium, & Ripal-
da supr. quia Christus pro omnibus mor-
tuus est: & Ecclesia pro omniū Fidelium
salute orat, & præcipit, orare. Ita Clemens
Roman, Dionys. Arcopagit. Nisenus,
Chry-

Chrysost. Hilarius, Hieronym. Ambros.
August. Gregor. Damasc. Anselm. &c alij.
plures apud dictos Authores. Sanè Eccle-
sia in oblatione hostie sic ait, pro omnibus
fidelibus Christianis vivis, acque defunctis,
te mihi, & illis proficias ad salutem in vi-
tam æternam. Et feria 6. Parasceve dicit:
Oremus pro Hereticis, Schismaticis, ut
Deus Dominus noster erua eos ab errori-
bus universis, &c. Addit. Omnipotens
Sempiterne Deus, qui salvas omnes, & ne-
minem vix perire, respice ad animas, &c.
Similia habet oratione pro Paganis:
ideoque Deus serio vult salutem omnium
in se ipsa, & contra huiusmo-
di voluntatem facimus, dum pecca-
mus.

Difficultas esse potest de modo testi-
dendi huius voluntatis. Certum est, haec
voluntatem esse conditionate efficacem-
tespectu salutis, sub conditione decessus
in gratia; ideoque verius videtur Deum
habere deeratum efficax formaliter con-
ditionatum beatitudinis sub conditio-
ne decessus in gratia, ut insinuant SS.
PP. apud Ruiz, Izquier. & Ribadeneir.
supr. at verò non videtur constare, dati
decretum efficax conditionatum circa
conversionem, seu consensum: quia non

constat, quam hypothesis distinctionem
consensu habeat tale decretum. Ita Iz-
quierd. supr. proposition. 2. & 3. Ri-
badeneira disp. 6. numer. 15. Junio.

sect. i. capit. 5. à numer.

13

卷之三

10. *Leucosia* sp. (Diptera: Syrphidae) was collected from the same area as the *Thomomys* sp. and *Peromyscus* sp. samples.

卷之三

卷之三

中華書局影印

卷之三

萬葉集 (X X X X)

卷之三

卷之三

• 100 •

Digitized by srujanika@gmail.com

• 100% 350GSM GLOSSY PAPER

19. 1996.07.23 (2) 1996.07.23

卷之三

10. The following table gives the number of hours worked by each of the 100 workers.

10. The following table gives the number of hours worked by each of the 100 workers.

¹ See also the discussion of the relationship between the two concepts in the introduction.

10. The following table gives the number of hours worked by each of the 1000 workers.

10. The following table gives the number of hours worked by each of the 100 workers.

19. *Leucosia* *leucostoma* *Wolff* 1800

19. The following table gives the number of hours worked by each of the 1000 workers.

1. *On the other hand, the author's statement that the* *“new* *and* *more* *modern* *method* *of* *teaching* *is* *not* *the* *best* *method* *for* *all* *children*” *is* *not* *correct*.

DIS

DISPUTATIO II.

AN SCIENTIA MEDIA CONSTI-
TUAR PROVIDENTIAM COLLATIVAM AUXILIO-
RUM? Ubi, an dirigat, & præcedat
 ad decretum auxiliorum
 efficacium?

IN HAC QUÆSTIONE PRIUS
 agemus: an scientia Media constitutat
 providentiam moralem, & prædestina-
 tionem? 2. an scientia Media præcedat
 ad collationem auxiliorum effica-
 cium? 3. an præcedat ad colla-
 tionem inefficacium?

SECTIO I.

*An scientia Media constitutat providen-
 tiā moralem?*



Up. 1. Scientiam
 naturalem de pos-
 sibilitate finis, me-
 diorum, & simi-
 lium, constituere
 providētiā mo-
 ralem, seu provi-
 dentiam per auxilia circa actus liberos
 creature in ordinē ad salutē: quia consti-

tuere eiusmodi providentiam , est consti-
tutere libertatem ad decernendum au-
xilia ex intentione salutis . Sed scientia
naturalis possibilitatis medioram , & fi-
nis constituit libertatem , ad decernenda
auxilia ex intentione salutis : ergo . Mi-
nor ex se patens , constat ex Luca 14.
*Quis Rex iterus committere bellum ad-
versus aliam Regem , non sedens , prius
cogitat , si possit cum decem millibus oc-
currere ei , qui cum viginti millibus ve-
nit ad se .*

2 Sup. 2. Providentia moralis alia
est *prædestinativa* ad gloriam , ut coro-
nam ; & hæc dicit decretum , dandi au-
xilia efficacia ad actus meritorios , qui-
bus perveniat ad gloriam . Alia est *non
prædestinativa* , quæ dicit decretum , dan-
di auxilia indifferentia ex fine gloriae ,
non efficaciter volito , quibus consti-
tuitur potens ad actus meritorios : &
quia ex sua culpa eos non elicit , non af-
sequitur finem gloriae .

3 Sup. 3. Has providentias mora-
les collativas auxiliorum , posse respice-
re intrinsecè efficaciam , & inefficaciam
auxiliorum , v. gr. sic , respiciendo in-
trinsicè efficaciam : *do auxilium , quid
efficax* ; & respiciendo *intrinsecè ineffi-*

efaciam , sic : do auxilium , et si sit Inefficac. Et ad has providentias , omnes Nostri dicunt , esse necessariam scientiam Mediumscientiam Medium de efficacia ad primam præparationem; & scientiam Medium de inefficacia ad secundam. Hę providentię morales possunt non respicere intrinsecè efficaciam , neque inefficaciam : ita , ut collatio auxilij re vera efficacis ex se non petat determinatę scientiam Medium de efficacia ; sed ex se sit compatibile cum scientia Media de inefficacia. Et similiter de decreto collativo auxilij re vera inefficacis . hic est præcipua difficultas.

4. An scientia Media de efficacia constituat determinatę providentiam collativam auxilij re vera efficacis per decretum ex se compatibile cum inefficacia ? Et similiter de providentia collativa auxilij inefficacis ? Thomistæ omnes apud Bolivar tract. 3. disp. 2. dub. 4. Palanco disp. 5. de Deo , quęst. 7. art. 4. dicunt : Scientiam Medium non constituere providam collationem dictam auxiliorum. 2. sent. dicit , scientiam Medium constituere providam collationem auxiliorum. Ita plures ex extraneis , quos citavimus disp. 11. de

scient. sect. 1. & ferè omnes Noſtri, cum Ribad. disp. 17. de prædeſt. num. 18. De ea dicit Izq. disp. 37. eſſe omniū Noſtrum. Mutiesa disp. 2. ſect. 9. eſſe ſibi prorsus indubitabilem. Eam te- net Iunio ſect. 3. cap. 1. Aranda disp. 3. ſect. 4. P. Doct. Vincent. Ramirez di- put. 3. cap. 1. Ab hoc modo aliquan- tulum receſit Arriaga disp. 32. de præ- deſt. ſect. 4. ſubſec. 2. cui acceſit apud Aranda, Henao, & unus, vel alter Re- centior dicentium, providentiam non requirere, ut Deus preſciat, quid fu- rum ſit ſub auxilio: ideoque ſcientiam Mediām non requiri ex parte effectus ad effectum providentia; fed ſolum ex par- te Dei. Sicut alij dicunt, Trinitatem per- ſonarum non requiri ex parte creaturæ ad productionem creaturæ; fed ex par- te Dei: quia, inquit, ſcientia Media, nec concurrit immediate cum Omnipoten- tia, neque prærequiritur ad collationem auxilij, fed potius ſubsequitur.

5. Dico cum omnibus Noſtris (quod proprium Scholæ iudico) ſcientiam Me- diām eſſe constitutivam providae colla- tionis auxiliorum, ita, ut ſcientia Me- dia de efficacia ſit constitutiva providae collationis auxilij & vera efficacis, etiā;

dum

dum datur per decretum compatibile cum inefficacia; & scientia Media de inefficacia est constitutiva providæ collationis auxilij inefficacis per decretum compatibile cum efficacia.

6. Probatur. Providentia dicta collativa auxilij re vera efficacis, est ad quæ infallibilitatem consequetur creaturæ consensu. Sed haec infallibilitas non ab alio potest provenire, quam à scientia Media: ergo. Prob. min. Haec infallibilitas non potest provenire à præparatione, seu collectione auxilij: quia haec sunt indifferentia ad consensum, & dissensum. Deinde non potest provenire à scientiâ naturali: quia etiam est similiter indiferens: nec deinde potest provenire à scientia visionis: quia haec est consequens ad determinationem creaturæ: ergo dicta infallibilitas provenit à scientia Media. Confirm. Ad providentiam perfectissimam, per quam Deus consequitur actus fiberos, nulla debet dari casualitas in meiosis conducentibus ad talem consecutionem. Sed scientia Media est simpliciter necessaria ad hoc munus: ergo. Mai. est certa. Prob. min. Si non daretur scientia Media de consensu sub auxilio, quando datur auxilium, efficacia

auxiliij effet casualis respectu dictæ collationis : ergo. Prob. ant. Id est casualis respectu collationis , quod non cognoscitur omni ea cognitione , qua potest cognosci , dum conferetur. Sed , si dum conferetur auxilium re vera efficax , non daretur cognitione de efficacia sub conditio-
nē collationis , efficacia non cognosceretur omni ea cognitione , qua potest cognosci: ergo.

7 *Confirm.* 2. De ratione perfectissimæ providentiaz collatiꝝ mediorum in ordine ad finem, est, cognoscere non solum utilitatem intrinsecam medio-
rum ; sed etiam utilitatem extrinsecam mediorum in ordine ad finem. Sed utilitas extrinseca auxiliij in ordine ad con-
sensum consistit in efficacia auxiliij casu,
quo detur : ergo de ratione perfectissimæ providentiaz collatiꝝ auxiliij effi-
cacia in ordine ad consensum, est, cog-
noscere efficaciam auxiliij sub condi-
tione, quod detur. Prob. mai. Si non cog-
nosceret utilitatem extrinsecam mediorum, conferens auxilium, nesciret, quid eveniret , si daretur auxilium. Sed hoc
est contra perfectissimam providen-
tiā: ergo. Prob. min. Hoc esset mag-
na ex parte ceco modo procedere : hæc
esset;

~~et~~ice providentia similis providentie
creatæ : hæc non esset providentia om-
nium maxima : ergo hoc esset contra
perfectissimam providentiam. *Confirm.*
2. Coniunctio auxilij re vera efficacis,
cum omnibus circumstantijs, quæ super-
venient auxilio , est Deo perfectissime
voluntaria. Sed non esset ita perfectissi-
mè voluntaria , si non daretur cognitio
de utilitate extrinseca efficacis sub cō-
ditione auxilij : ergo datur hæc cogni-
tio. *Confirm.* 3. De ratione perfectissi-
mæ providentiaz est , cognoscere om-
nes rationes , quæ possunt allicere , &
retrahere ad collationem auxilij re vera
efficacis. Sed non hæc cognosceret , si
non cognosceret efficaciam auxilij sub
conditione quod daretur: ergo.

8. Prob. 2. Collatio dicta auxillij,
non solum est voluntaria , & provida,
sed etiam est specialiter benefica. Sed
non esset specialiter benefica , si non da-
retur scientia de efficacia sub conditione
auxilij: ergo. Mai. constat ex varijs testi-
monijs Scrip. PP. & D. Thom. apud Ruiz,
& Aldrete disp. 2. de prædestin. Prob.
min. Qui dat beneficium in re speciale,
inscius specialitatis , non est specialiter
beneficus. Sed si non daretur scientia de
effi-

74. Disp. 2.
efficacia, seu de conditione auxilij, Deus
dans auxilium efficax, daret beneficium
in re speciale; inscius specialitatis: er-
go.

9. Dico 2. contra Suarez lib. 1. de
prædest. cap. 9. Herice disp. 22. num.
25. Arriaga disp. 32. num. 38. scien-
tia Media efficacie, non solùm requiritur
ex parte Dei ad providam collationem
auxilij re vera efficacis; sed etiam requi-
ritur ex parte effectus, seu ex parte auxi-
lij. Prob. Productio effectus, seu auxilij
re vera requirit id, quod ipsa causa
productiva effectus necessarium requirit.
Sed iuxta hos AA. ex parte Dei causan-
tis auxilium efficax requiritur scientia
Media de efficacia: ergo ex parte auxilij
requiritur scientia Media de effica-
cia. Prob. mai. Quod connectitur cum
fundamento connexo cum termino,
connectitur cum termino. Sed effectus
seu auxilium connectitur connexione in-
digentiae cum Deo, qui requirit dictam
scientiam ad collationem auxilij effi-
caciis: ergo *Confer*. Si scientia Me-
dia efficacia non requereretur ex par-
te auxilij efficacis; sed ex parte Dei,
similiter dici posset, scientiam na-
turaliem de possibiliitate auxilij, &c.
non

non requiri ex parte auxilij, sed ex parte
Dei. Sed hoc videtur durum : ergo.

SECTIO II.

Solvuntur argumenta.

10. **O**bij. 1. Deus per scientiam simplicis intelligentiae sufficienter noscit sufficientiam auxilij ad finem consensus: ergo ad providam collationem auxilij non requiritur scientia. Media de consensu. Prob. conseq. Finis providentiae moralis est, relinquere hominem in manu confilij sui. Sed ad hoc sufficit, notare per scientiam simplicis intelligentiae sufficientiam auxilij: ergo. Prob. mai. ex Eccles. 15. Reliquit illum in manu confilij sui. 2. Si ad providam collationem auxilij efficacis requireretur scientia de efficacia, etiam ad providam collationem auxilij inefficacis requireretur scientia de ineffacia. Sed hoc videtur falsum: quia Deus non esset beneficus in collatione auxilij: ergo. 3. Collatio auxilij ex intentione inefficaci consensus non requirit scientiam Medium de consensu: ergo nec eam requirit provida collatio auxilij. Prob. ant. quia saepè datur auxiliū

lum dissensuero. Resp. Dist. ant. Per scientiam simplicis intelligentiaz cognoscit Deus sufficientiam intrinsecam auxiliij; conc. ant. sufficientiam extrinsecam, nego ant. & conseq. Ad prob. dist. ant. Finis non unicus prouidentie moralis est, relinquere hominem in manu consilij sui, conc. maj. Finis unicus, nego mai. & nego min. quia Deus, solum inefficaciter, vult consensum, dum confert auxilium efficax; & prouida collatio auxiliij petit noscere, quid eveniat sub auxilio: ut diximus. Ad 2. concess. mai. nego min. Quomodo Deus sit beneficus in collatione auxiliij inefficacis, dicemus infra. Ad. 3. Dis. ant. Collatio auxiliij re vera inefficacis ex intentione inefficacis consensus non requirit scientiam Medium de consensu, conc. ant. collatio auxiliij re vera efficacis, nego ant. Et dist. conseq. Provida collatio auxiliij re vera inefficacis non requirit scientiam Medium de consensu, concedo conseq. collatio auxiliij re vera efficacis, nego conseq. quia debet scire, quid eveniet sub auxilio,

Obij. 2. Petrus, posito auxilio, re vera efficaci, haberet auxilium prouide collatum. Sed haec prouida collatio non diceret determinate scientiam Medium

diam de consensu: ergo. Prob. min. Petrus, posito tali auxilio, posset dissentire. Sed tunc auxilium non esset providè datum per scientiam Medium de consensu: ergo. 2. Providentia est requisitum ex parte actus primi, ut ponatur consensus: Sed scientia Media de consensu non est requisita ex parte actus primi ad consensum: ergo. Min. est vera: alias actus primus esset connexus cum consensu. 3. Nostra libertas nunquam esset plenè constituta in actu primo ad utrumque. Sed hoc est falsum: ergo. Prob. mai. Libertas nostra non est plenè constituta ad utrumque sine providentia necessariò requisita ad utrumque. Sed nunquam esset cum providentia requisita ad utrumque: ergo. Min. est vera: quia ad consensum requiritur providentia constituta per scientiam Medium de consensu; ad dissensum requiritur providentia constituta per scientiam Medium de dissensu; quæ duæ non possunt esse simul. 4. Si collatio auxillij esset provida per scientiam Medium de consensu, in signo auxiliij videtur absolute consensus: quia ex ipso, & scientia resultat antecedens connexum cum consensu: sed hoc videtur falsum: ergo.

12. **Resp.** conces. mai. nego min.
 Ad prob. dist. mai. Petrus, positō auxilio,
 posset dissentire in sensu diviso efficaciæ,
 conc. mai. in sensu composito efficaciæ,
 nego mai. & conces. min. nego conseq.
 quia, si auxilium foret in re inefficax,
 tunc esset providè collatum per scien-
 tiā Medium de inefficacia. Itaque non
 requirit determinatè scientiam Medium
 de consensu **provida collatio auxiliij** præ-
 cisè sub his terminis; eam tamen requi-
 rit determinatè **provida collatio auxiliij**
efficacis propter nostras rationes. **Ad 2.**
 nego mai. quia nec decretum collati-
 vum auxiliij; nec scientia Media, ex qui-
 bus resultat providentia, se habent **ex**
 parte actus, primi ad consensum. **Ad 3.**
 nego mai. Ad prob. nego mai. quia Pe-
 trus est liber ad consensum, & dissensum,
 præcisè per principia proxima indiffe-
 rentia ad consensum, & dissensum, in qui-
 bus principijs, nec includitur providen-
 tia requisita ad consensum, & dissensum:
 nec in eis datur antecedens determinatè
connexum cum providentia necessariò
requisita ad utrumque; sed solùm vagè
connexum cum providentia necessariò
requisita ad utrumque: quia auxilium
 vagè connectitur **cum eo,** quod datum
 est.

Ex sub scientia de efficacia, que constituit praevidentiam requisitam ad consensum vel cum scientia de inefficacia, que constituit praevidentiam requisitam ad diffensionem. Ad 4. Nego antec. Ad prob. concess. antec. nego conseq. quia Scientia Media non est in signo auxilij; volum est quod attentis, quz dantur in signo auxilij, & in signo anteriori, datur antecedens, connexum cum consensu, sufficiens, ad fundandum cognitionem absoluam consensus: Sed cum cognitio non sit in signo fundamenti ad cognitionem; sed pro posteriori: quia ideo datur cognitio, quia existit fundamentum: ideo cognito absoluta consensus non datur in signo auxilij; sed in signo posteriori ad auxilium, qualiter etiam datur ipse consensus.

Obij. 3. Scientia Media de consensu, per se, requisita ad consensum, est ad, sine quo nequit esse consensus. Sed id, sine quo nequit esse consensus, se tenet ex parte actus primi, non solum libertatis divinae; sed etiam libertatis creare ad consensum, quia propter hanc rationem dicimus, prædestinationem se tenere ex parte actus primi; ergo Scientia Media, invenitur ex parte actus primi libertatis creare.

creatæ, & non solum divinæ. Resp. Consens. mai. dist. min. Id, sine quo nequit, esse consensus, & est inacquiribile per consensum, se tenet ex parte actus primi libertatis creatæ, permitto min. si est acquiribile per consensum, qualis est scientia Media, nego min. Et inde patet disparitas ad prædestinationem, quæ est inacquiribilis. Permisit min. quia scientia naturalis est prærequisita ad consensum, & decretum collativum auxiliij, & non se tenet ex parte actus primi creati.

§:

14. Obij. Vel Deus cognoscit per scientiam Medium, quod, si existat auxilium sine ulla providentia, existet consensus: & hoc est impossibile. Vel quod, si existat sub aliqua providentia, existet consensus: & hoc est necessarium: quia sub scientia Media de consensu nequit, non existere consensus: ergo, si Scientia Media constituit providentiam, deficit obiectionis scientia Media, quod debet, esse contingens. Vel, quod clarius inferatur, repugnat scientia Media. Confirm. Deus non scit per scientiam Medium, quod,

quod, si existat auxilium improvidè collatum, erit consensus: ergo scit, quod, si existat providè collatum. Sed non per aliam providentiam, quam per constitutam per scientiam de consensu: ergo scit, quod, si existat auxilium sub scientia Media de consensu, erit consensus, quae est veritas antecedenter necessaria.

Confirm. 2. Quod requiritur absolute ad consensum in statu absoluto, qualiter requiritur scientia Media de consensu, requiritur conditionate ad consensum in statu conditionato. Sed quod requiritur conditionate ad consensum, se tenet ex parte hypothefis ad affirmandum consensum sub ipsa, & sic reddit se ipsam scientiam necessariam. Hoc argumento, fertur, Basiliū Legionensem verbis deseruisse scientiam Medium, non vero in eius scriptis.

15 Verum hoc argumentum similiter probat contra Thomistas dicentes, videri futura contingentia conditionata in decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato. Quia hoc decretum, vel discernit, quod, si Petro detur libertas sine prædeterminatione ad consensum, consentiat? & hoc est impossibile, iuxta ipsos: vel discernit, quod, si detur

libertas cum prædeterminacione ad consensum, consentiat & hoc est, decernere aliquid necessarium. Unde scientia innixa decreto, vel erit impossibilis, vel de re necessaria, & non contingentia.

¶ 16. Resp. Scientiam Medium, ex parte hypothesis attingere totam libertatem significat non in auxilijs, quod prædictis habendum, ut bene adserit Anton. Perez, tom. I, disp. 2. num. 3. & ex ipso alijs, neque attingere providam collationem, neque non providam; sed solum libertatem creatam indifferentem ad consensum, quæ non constituitur per Dei providentiam. Neque obstat, quod scientia Media præscindat, in representando ex parte hypothesis ab utroque contradictorio, scilicet à providentia, & non providentia, si pro illo signo neutra est affirmabilis: sicut non est inconveniens, quod scientia naturalis non cognoscat, an extitrus, vel non extitrus, sic consensus. Hinc patet ad pri-mam confirmationem. Ad 2. Quod requiritur absolutè ad consensum absolu-tum, requiritur conditionate ad statum conditionatum; sed non semper ad statum conditionatum contingenter, sed ad necessarium. Sic actio requiritur ab-

Solutè ad consensum absolutum, & conditionatè ad consensum conditionatum sub statu necessario, scilicet, sub hoc: Si existat actio, existet consensus: & similiter requiritur scientia Media conditionatè. Illud verò requiritur conditionatè ad consensum conditionatum in statu contingenti, & constituit hypothesis, quod in statu absoluto constituit absolute libertatem ad consensem, quam non constituit scientia Media. Vide similia argumenta falacia disp. 10. de scientia, sect. 3.

17. Obij. 2. Si scientia Media est necessaria ad providentiam, est non minus necessaria, quam scientia naturalis. Sed scientia naturalis attingitur ex parte hypothesis: ergo & scientia Media. 2. Scientia Media eo modo debet, affirmare hypothesis, quo est possibilis sub ipsa. Sed sub ipsa solum est possibilis, ut coniuncta cum ipsa: ergo ita affirmatur. Resp. iam nos dixisse, scientiam naturalem non attingi ex parte hypothesis: quia solum attingitur libertas creata, quam non constituit illa scientia: & dato, quod illa attingeretur, esset disparitas propter inconnexionem, quam illa dicit cum consensu, adhuc dato au-

xilio, *Ad 2.* dicit. mai. Scientia Media attingit hypothesim eo modo, quo est intrinsecè possibilis sub ipsa, conc. mai. eo modo, quo est extrinsecè possibilis sub ipsa, nego mai. & dist. min. Sub ipsa solum est extrinsecè possibilis, ut coniuncta cum ipsa, conc. min. solum est intrinsecè possibilis, ut coniuncta cum ipsa, nego min. & conseq. Quia Scientia Media attingit hypothesim, seu totam libertatem secundum prædicata intrinseca libertatis: & prædicata intrinseca libertatis connectuntur vagè cum hac, vel illa Scientia Media; sed ex se coniungibilia sunt cum Scientia Media efficaciaz, & cum Scientia Media inefficacia.

18 Insistes. Deus, ut potè attingens hypothesim comprehensivè, debet illam attingere cum omnibus denominationibus, quas habet. Sed una ex denominacionibus, quas habet, est, coexistere conditionatè ad scientiam Medium: ergo attingitur, ut coexistens conditionatè Scientiaz Mediaz. Sed hoc est attingi sic: *Si existat auxilium sub scientia Media consensus, existet consensus:* ergo ita attingitur. Argumentum falso supponit, hypothesim attingi conditionate: quia hypothesis attingitur suspensivè, & tanquam

quam conditio, sub qua solus consensus est, qui attingitur conditionatè.

19 Resp. dist. mai. Et eas denominations nō debet attingere ex parte hypothesis; conc. mai. & debet eas attingere ex parte hypothesis; nego mai. & concessa min. dist. conseq. & eam attingit ex parte hypothesis, nego conseq. & non eas attingit ex parte hypothesis, conc. conseq. Itaque, Ut diximus, ex parte hypothesis solum attingit, quod constituit hypothesis, seu libertatem. Alias veritates iam conditionatè necessarias, iam contingenter, attingit; sed non ex parte hypothesis.

20 Quodd, ut clarius percipias. Verum est, scientiam Medium esse realiter comprehensivam libertatis: quia realiter identificatur cum omni scientia necessaria, & cum omni scientia absoluta, quam Deus habet circa libertatem; at vero virtualiter loquendo; seu de scientia Media, ut virtualiter distincta à scientia necessaria, & à scientia absoluta visionis, loquendum est cum distinctione: & dicendum, scientiam Medium, v.gr. de consensu sub auxilio, esse comprehensivam in linea scientiarum Media: quia cognoscit quidquid in eo signo cognoscibile est,

iam, ut existens in hypothesi, iam ut existens extra hypotesim. Ad modum, quo scientia necessaria circa praedicata Petri, ut virtualiter distincta à scientia Media, & scientia absoluta visionis, est comprehensiva in linea scientiæ necessariæ propter similem rationem; at verò sicut hæc scientia necessaria non est virtualiter absolutè comprehensiva Petri; quia non cognoscit, an Petrus extiturus sit, an non, quod eveniet; sed non est cognoscibile pro illo signo, nec per simplicem scientiam, sed per scientiam contingentem; ideo non est absolutè comprehensiva. Quod dicendum est in omnium sententia distinguentium virtualiter scientias.

2 i Obij. 3. Ab opposito. Deus habens hanc scientiam: *Si Petro detur hoc auxilium, consentiet*: tam longè abest, ut sub ea conditione involvat obiectivè scientiam Medium; quin potius, scit, Petrum consensurum, si detur auxilium. etiam si per impossibile daretur abique scientia Media. Sed sub illa conditione involvitur providentia requisita, ut Petrus consentiat: ergo, hæc non dicit essentialiter constitutivè scientiam Medium. Prob. min. i. Quia sub ea conditione involvitur collatio auxiliij à Deo: non

non quidem improvida : ergo, cum pr
udentia requisita , ut Petrus consentiat.

2. Quia si Deus in statu absoluto daret auxilium , & induceret consensum sine providentia, esset improvidus , & imperfectus : ergo, si cognoscit, auxilium fore, etiam si ipse improvidè daret auxilium, cognoscit, se esse improvidum, & imperfectum in eo statu conditionato. 3. Quia status conditionatus debet dicere ex parte hypothesis quidquid postea requiritur ad absolutum : alioquin falsa fuisset notitia illa conditionalis : ergo , si ad statum absolutum positionis auxiliij, & consensus , esset necessaria providentia constituta per scientiam Medium , hanc ipsam dicere deberet conditionatus ex parte hypothesis. Sed hanc nequit dicere : quia iam esset status conditionatus spectans ad scientiam simplicis intelligentiae , & non ad Medium : ergo , quia providentia moralis requisita ad statum absolutum consensus , non constituitur per scientiam Medium.

22 Resp. Negò mai. quia ; ut diximus, scientia Media ex parte hypothesis solum attingit libertatem , & totam libertatem; extra hypothesis attingit predicata , que alias sunt cognoscibilia per

Scientiam necessariam; quia, ut diximus
disp. 13. de scient. sect. 4. per Scientiam
contingentem, qua cognoscitur existen-
tia Petri, cognoscitur Omnipotentia, que
alias est cognoscibilis per Scientiam nece-
sariam: ideoque Scientia Media cognoscit
extra hypothesis hoc prædicatum nece-
sarium; si auxilium daretur improvidè, no
daretur consensus: quia non daretur Deus
causans consensum. Ad 1. prob. dist.
ant. quoad 2. part. Involvitur collatio
auxilij non improvida positiæ, conc. ant.
non improvida præcisiæ, nego antec.
& nego conseq. quia signum illius con-
ditionis non constituitur per providen-
tiæ, nec per improvidentiam: ideoque
illud signum præscindit à providentia,
& improvidentia; connectitur vero illud
signum cum eo, quod Deus habeat pro-
videutiam, vel constitutam per scien-
tiam de efficaçia; vel constitutam per
scientiam de inefficacia: quia illud sig-
num vagè connectitur cum his provi-
dentijs, & coniungibilis est cum quavis
ex his. Ad 2. conc. totum; sed nihil con-
tra nos. Ad 3. nego ant. propter sæpe
dicta: quia ex parte hypothesis solùm
atttingitur libertas; extra hypothesis
vero potest, attungi id, quod alias est
obie-

objectione scientia necessaria, ut diximus,

9.

23 Ex his infertur, quod, si omnes scientiae Mediae directe de operatione libera creaturae identificantur virtualiter, ut censent cum alijs Herrera, Iunius, Muniesa, P. Doct. Vincent. Ramirez, & alij, omnes scientiae Mediae directe de tali operatione requiruntur constitutivè, ad providenter decernendum auxilium. Quod idem dicendum, etiam si distinguantur inter se virtualiter: quia coniunctio auxiliij cum omnibus circumstantijs, quibus coexistit, est perfectissimè voluntaria decernendi auxilium. Sed una ex circumstantijs est coexistentia auxiliij cum omnibus scientiis Medijs directis de operatione libera creaturae: ergo haec coniunctio est perfectissimæ voluntaria. Sed non potest esse perfectissimæ volūtaria haec coniunctio si pro priori ad auxilium non dentur haec scientiae Mediae: quia, cum scientiae Mediae non sint liberæ Deo, solum est liberum coniunctum ex scientijs, & auxilio, quatenus, suppositis scientijs, liberè decernit auxilium: ergo. 2. Ad providari

collationem auxiliij **A**, non solum requiri-
ritur constitutivè scientia simplicis in-
telligentiæ de auxilio **A**, sed de omni-
bus veritatibus necessarijs propter per-
fectionem providentiarum : ergo propter
eamdem perfectionem nō solum requi-
rirur ad providam collationem auxiliij
A, scientia Media de consensu sub tali
auxilio ; sed etiam omnes scientiæ Me-
diae.

24. Est tamen hoc discrimen, quan-
do omnes scientiæ Mediae virtualiter
identificantur, & quando virtualiter di-
stinguntur : quando omnes identifican-
tur, qui potest impedire unam scientiam
Medium, potest omnes : quia, si sunt
idem virtualiter, & numericè, impedit
totam providentiam pertinentem ad in-
tellectum : &, si decretum est essentiali-
ter alligatum illi scientiæ, & similiter re-
liqua decreta, etiam impedit providen-
tiā pertinentem ad voluntatem, & to-
tam providentiam, quam nec inadæ-
quate impedit, si non est alligatum. Si
verò scientiæ Mediae virtualiter distin-
guantur, qui potest impedire unam sci-
entiā Medium, impedit inadæquate pro-
videntiam, non adæquate ; providen-
tiā, inquam, pertinentem ad intelle-

ctum

etiam ; providentiam verò pertinentem ad voluntatem , nec inadæquate impedit , si decreta non sint alligata illis scientijs; & adæquate, si sit alligata. De hoc latius tract. de scientia . Quoad scientias reflexas uno verbo diximus disp. 13. de scient. sect. 1. fine. Scientiam reflexam de conditionato Deo libero non constitueret potestatem proximam ad conditionatum, si ex ipsa , & reliquis , quæ alias constituunt potestatem proximam ad conditionatum resultet antecedens connexum cum conditionato : quia auferret libertatem ex dictis disp. 5. de actibus hum. sec. 4. &c. disp. 6. de justif. sect. 1. & 3. Et propter eamdem rationem similis scientia non constituit potestatem proximam ad purificationem conditionis liberæ Deo , si ex ipsa , & alijs, quæ alias constituunt potestatem proximam ad purificationem conditionis, resultet antecedens connexum cum purificatione conditionis.

25 Sed , si velis , claritatis gratia. Si omnes scientiæ Mediaæ reflexæ (quas omnes, praeter Aldrete, distinguunt virtualiter à directis) identificantur virtualliter inter se ; nulla scientia Media reflexa

Alexa constituit providentiam collatam auxiliij. Quia hæc: *Si prævidero auxilium efficax, illud conferam;* non constituit talem providentiam; siquidem hæc coniuncta cum provisione per scientiam Medium directam, est connexa eum collatione: & consequenter, cum hæc scientia reflexa identificetur virtualliter cum alijs, nulla reflexa constitueret providentiam. Si verò scientia Media reflexa distinguantur virtualiter, omnes scientia Media reflexa requiruntur constitutivè ad providentiam, præter illam, in qua est cōditionatum auxilium, conferendum; v. gr. Ad conferendum auxilium *A*, efficax Petro, omnes scientia Mediae constituunt providentiam, præter hanc: *Si prævidero auxilium A, efficax, illud conferam Petro.* Ratio, cur hæc non constituat, est immediate dicta: quia, scilicet, ipsa, & prævisio, est conexa cum collatione,

26 Ratio autem, cur reliquæ constituunt, hæc est. Quia reliquæ omnes non leadunt libertatem decreti, & maximè conducunt ad perfectissimam voluntarietatem decreti, & auxiliij. An verò, admissa scientia Media reflexa virtualliter distincta à directa, dentur infi-

nū.

nitæ scientiæ Medizæ reflexæ, an non, pertinet ad tract. de scient. Interim, cum non sit absurdum, sed omnino veram, in intellectu infinito dari infinitam scientiam intensivè, & extensivè: quid, quod dent præ infinitæ scientiæ reflexæ? Vel dic, quamcumque scientiam Medium reflexam attingere ex parte hypothesis omnem aliam scientiam Medium reflexam, præter se, ex quo non sequitur maior multiplicatio scientiæ Medizæ reflexæ, quam ea, qua necessariò est concedenda à distinguentibus scientiam Medium reflexam à directa. Adverte tamen, ex hoc non sequi, quod impedita una reflexa, impedian tur omnes, quia, et si sit obiectum, non est obiectum affirmatum; sed suspensivè attactum ex parte hypothesis. Sicut ex eo, quod impeditur auxilium, non impeditur hæc scientia: *Si existat auxilium, existet consensus.* Adverte etiam; scientiam Medium reflexam A, & scientiam Medium reflexam B, mutuo se præcedere quoad esse obiectivum, non ipsas secundum se: sed scientiam Medium A, propter coniunctam cum conditionato affirmato per B; præcedere obiectivè scientiam B. Et scientiam Medium B, propter coniunctam

sum conditionato affirmato per A, præcedere ad A: quia sic, & non aliter, determinat A.

- 27 Similiter scientia Media de operatione Deo libera constituta prævidentiam, seu libertatem respectu collationis auxilij, præter illam scientiam Medium, cuius purificatione conditionis constituit antecedens connexum cum collatione auxilij, seu, quod est idem præter illam, tuius conditionatum est collatio auxilij. Hæc dixi, si scientia Media de operatione Deo libera distinguantur virtualiter: quia si identificentur, nulla constituit; siquidem aliqua scientia Media simul cum purificatione sua conditionis est connexa cum collatione auxilij, & consequenter hec non constituit libertatem ad collationem auxilij, neque scientia cum illa identificata virtualiter. Ratio autem, cur dicta scientia Media de operatione Deo libera constituant libertatem, est, quia collatio auxilij, & coniunctio eius cum omnibus circumstantijs, quibus coexistit, est Deo perfectissime voluntaria, ad quod requiritur præcedentia talis scientia. Siquidem, ut aliquod totum sit perfectè voluntarium, requiritur,

quod

quod saltem aliqua pars sic perfectè voluntatis, non utcumque, quia sic voluntas est: quia vis scientia de operatione Dei libertà; sed prout actualiter constituit complexum; qualiter solum est liberum decretum de auxilio, suppositis scientijs medijs.

1. 28. Ex his constat, & videtur tenendum, ut proprium Scholas scientiam Medium de efficacia constituere providam collationem auxilij efficacis; & scientiam Medium de ineffacia constituere providam collationem auxilij ineffacis; sed, quia non est idem constituere providam collationem, ac prærequisiti, procedere, dirigere ad collationem auxilij; quia unitas est necessaria ad numerum binarium, & non est prærequisita ad existentiam alterius unitatis, sed se ipsa est pars constitutiva unitatis. Sic dicit Ribaden. disp. 17. num. 18. scientia Media constituit providam collationem auxiliorum, & est necessaria, ut constitutivum ad providam collationem auxiliorum; sed non prærequiritur ad collationem auxilij efficacis, & multo m-

nus præcedit, & dirigit ad collationem auxilij inefficacis. Ideoque dirigit, & præcedit ad decretum collativum auxilij efficacis, quod ex se petat, & indigeat, dirigiri à scientia Media de efficacia. Pro hoc modo discurrendi citat ex auditu Rip. in manuscriptis.

29 Et quia Antonius Perez, et si concedat, scientiam Medium dirigere ad collationem auxilij efficacis, dicit, non posse movere Deum, ad concedendum auxilium, secus ad illud negandum. Planct proponere sectione sequenti.

SECTIO III.

An scientia Media de efficacia ita præcedat ad collationem auxilij efficacis, & strictè dirigat, ut possit movere ad eius collationem, etiam quando datur per decreta ex se indifferens? Et an scientia de inefficacia ita præcedat, ut possit retrahere?

30 Sup. i. Nostros AA. apud Her. quest. 2. Junio sect. 3. c. 1. & sect. 10. cap. 1. Muniesa disp. 2. sect. 1. Aranda disp. 3. sect. 1. R. Doct. Vincentius Ramirez disp. 3. cap. 3. a communitate niter

niter dicere ,scientiam Medium de efficacia , ita stricte dirigere , & præcedere ; ut possit movere ad eiusmodi collationem auxilij . Thyrsus tom. 2. disp. 9. distinguuit motionem à directione , & dicit ; Scientiam Medium de efficacia necessario dirigere ; & præcedere ad collationem auxilij efficacis ; non tamen esse necessariam hanc directionem , sumptam pro motione , nisi quando decernit auxilium , quia efficax .

31 Tria in hac quæstione diciimus . 1. Scientiam de efficacia necessario debere præcedere , & dirigere ad collationem auxilij efficacis . Ita , ut possit alliçere ad collationem ; & scientiam de inefficacia ita necessario præcedere , ut possit retrahere . 2. Sæpè , imò frequenter ita præcedit scientia de efficacia , ut alliciat , & moveat , saltem extrinsecè ; & scientia de inefficacia ita præcedit , ut sæpè retrahat . Dixi , ita præcedere scientiam de efficacia ad collationem auxilij efficacis , ut frequenter alliciat , & moveat , saltem extrinsecè : quia ut verius iudicio , & ut dicemus disp. 4. Deus frequenter dat auxilium efficax , quia efficax , non solùm se movendo intrinsecè ex efficacia ; sed etiam per decretum in-

trinsecè connexum cum consensu. Scientia Media efficacia verè, & propriè dirigeret ad collationem auxilij efficacis, etiam quando Deus illud conferret, quin moveatur ex efficacia.

32 Dico 1. Scientia Media de efficacia ita dirigit, & præcedit, ut possit movere ad collationem auxilij efficacis; & scientia de inefficacia ita præcedit, ut possit retrahere. Prob. Deus est liber, ut se moveat ex efficacia, ad dandum auxilium, & se retrahat ex inefficacia, ad dandum auxilium inefficax. Sed non esset ita liber, si non præcedat scientia Media de efficacia, ita, ut possit allicere, & movere; & scientia de inefficacia, ita, ut possit retrahere: ergo. Prob. mai. Ecclesia sic orat: *Te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas, & omnia nobis pro futura concedas.* Sed hæc oratio supponit, Deum esse liberum, ut se moveat ex efficacia, ad dandum auxilium, & se retrahat ex inefficacia, ad illud negandum: ergo. Confirm. 1. Frequenter petimus à Deo, quòd disponat hæc, vel illa, si pro futura sunt ad salutem; sin minus, quòd ea semoveat. Sed hæc orationes supponunt, quòd Deus habet libertatem, & scientiam, quæ possit allicere,

&

Si movere ad res disponendas, si pro futura sin saluti: sin minus, ad eas sermendas: ergo Deus est liber, & habet scientiam, quae possit alii crederi, si movere, ad concedendas, que pro futura sint saluti, & scientiam, quae se retrahat, ad negandum, quae non essent pro futura;

33. Conf. Intra tua esset, dicere, Deum non potuisse vita privare multos, cum fideliem vivetiam, ne malitia eos traharet, ad noscisse mala futura, si diutius viverent. Sed habe infanta in confundatur, quod Deus habet in signo apto scientiam de efficacia, quae possit affecte, & scientiam de inefficacia, quae possit retrahere: ergo Prob. mai. ex August. de corrop. & grac. cap. 8. de reprob. filios Deus. cum facilius vivente, non tunc de vita huic periculis rapuit, de mortalitate miseret intellectus rationis. Vtrum hoc in pares habeat non habebit? An eorum futura mala recesserit? Nihil horum, nisi per inferius. Or in sanctissime dicitur: Conf. p. SS. PM. frequenter querunt, cur Deus creaverit Angelos, & Adamum, cum essent peccaturi? Sed haec quodammodo supponit, Deum habere in signo apto scientiam de inefficacia, qua possit retrahere: ergo Deus semper potest retrahere.

ex scientia de ineffacia, & potest allici
ex scientia de efficacia.

34. Prob. 2. Deus, aut nunquam
potest allici, & moveri ex scientia de ef-
ficacia; & retrahi, ex scientia de ineffi-
cacia; aut sunt eiusmodi scientiae in signo
apto, ut possint allicere, & movere, sed
adversarij non audent dicere primum:
ergo debent dicere secundum. Prob.
mai. Quoties existit scientia de effica-
cia, aut ineffacia, semper est in eodem
signo: ergo aut scientia de efficacia nun-
quam potest allicere, & movere, & scien-
tia de ineffacia retrahere; aut se impo-
test in signo apto, ut possit allicere, &
movere. Confirm. Semper debet esse Dep-
libera coexistentia decreti collativi au-
xilij efficacis, & scientiae Mediae de effi-
cacia: sed hoc ipso scientia Media de ef-
ficacia debet esse in signo apto, ut possit
allicere: ergo. Prob. min. Extenus potest
esse Dea libera hæc coexistentia, quate-
nus supposita ex parte libertatis existen-
tia scientiae Mediae de efficacia libere ha-
beat decretum collativum. Sed hoc est,
esse scientiam efficaciam in signo apto, ut
alliciat: ergo. Prob. mai. Extenus sollem
potest esse libera hæc coexistentia, qua-
tenus hæc scientia legitime existat;

in signo, in quo unicè potest existere, & debet existere. Sed scientia de efficacia semel existens, unicè potest existere, & debet existere in signo libertatis: quia, alias, inutilis fuisse eius inventio: ergo. Vide plura ex SS. PP. apud Ruiz hic, disp. 5. & disp. 62. de scient.

§.

35. Obij. 1. Ad decernendum consensum providè sufficit, Deum scire, se proximè posse convertere Petrum, v.gr. Sed Deus per solam scientiam naturali, & pro priori ad scientiam Medium scit, se proximè posse convertere Petrum: ergo Scientia Media non praedit necessariò, ita, ut possit allicere ad collationem auxiliij efficacis. Prob. min. Nequit Petrus se convertere, quin Deus illum convertat. Sed Deus scientia naturali scit, quod Petrus per auxilium A potest proximè se convertere: ergo Deus Scientia naturali scit, quod potest proximè, illum convertere. De hoc arguimento, quod tribui solet Antonio Perez, satis diximus disp. 3. de lib. arb. sect. 2. Respi. Conces. mai. nego min. in sensu argumenti. Ad prob. concess.

mai. dist. min. Deus per scientiam na-
turalem scit, quod Petrus per auxilium
potest intrinsecè se convertere, con-
min. potest extrinsecè se convertere,
nēgo min. & conseq. Itaque Petrus per
quodvis auxilium, etiam inefficax, habet
potestatem intrinsecam se convertendū,
& potestatem proximam, & id noscit
Deus scientia naturali; at vero non ha-
bet potestatem proximam extrinsecam
se convertendi, donec Deus habeat po-
testatem proximam eum convertendū, &
dandi conversionem; Petrus nunquam
convertetur, nisi accipiat conversionem
a Deo, & consequenter nisi dum Deus
habet potestatem proximam dandi con-
versionem; at vero, quia contingere
potest, quod auxilium, quo Petrus est
proxime potens se convertore, visum sit
inefficax per scientiam Medium, tunc
Deus non est proxime potens conver-
tere Petrum per illud auxilium: nec
proxime potens dandi provide auxi-
lium ex fine certo consensus, & tunc Pe-
trus non erit proxime potens extrinsecè
se convertere: quia Petrum esse sic pro-
xime potentem extrinsecè, est, Deum
esse proxime potentem illum converte-
re. Sed Deus in tali casu non est potens
pro-

proximè, coavertere Petrum: ergo.

36 Obij. 2. Ex nostra sententia sequuntur duo absurdum: 1. ex parte nostra sibi aliquam rationem prædestinationis, tempè, futuritionem conditionatam consensus; quod redalet Semipelagianum. 2. Totam certitudinem prædestinationis, & differentiam prædestinationi à non prædestinato referri in scientiam quod est contra Scripturas, & PP. dicentes, prædestinationem esse elec-
tione: ergo. Resp. dist. ant. Ex parte no-
stra, id est, viribus naturæ daretur ali-
quid, quod per modum meriti absoluti,
vel conditionari esset aliqua ratiō præ-
destinationis, nego. ant. ex parte nostra
daretur aliquid, viribus gratiæ factum,
quod esset conditio sine qua non, conc.
ant. & nego sequelam: quia ex Epist.
Prosp. & Hilarij ad August. ante lib. de
prædest. & ex respons. August. constar,
Semipelagianos dare in adultis aliquod
initium, & meritum congruum, viribus
naturæ factum: &c. in parvulis salvatis
per baptismum, recurrunt ad merita cō-
ditionata, etiam viribus naturæ facta:
nostra verò doctrina nihil simile dicit;
solum dicit, esse necessarium, quod Deus
cognoscat auxiliari fore efficacit, ut posse

sit illud providè conferre , ad obser-
vandum consensum ; & prædestinationem ;
& futuritionem conditionatam consen-
sus esse conditionem ; *sine qua non elige-*
ter tale auxilium ; ad obtinendum absolu-
tutè consensum , & prædestinationem .

37. Ad 2. negotiantur. absolutè lo-
querido ; vel , si velis ; illud distinguo ; cla-
ritatis gratia . Tota certitudo prædesti-
nationis provenit directive à scientia ,
conc. ant. provenit constitutivè , seu for-
maliter à scientia ; subdicit aliquia certi-
tudo , conc. ant. omnis certitudo , nego-
antur & conseq . Itaque . Scientia Media
dirigit ad electionem ad gloriam , & præ-
parationem mediorum ; hæc electio se-
ipsa est certò conexa cum gloria : præ-
paratio unmediorum , quia efficacium , &
ex fine gloria ; etiam est ex se certò con-
nexa cum gloria : præparatio mediiorum
ex se indifferens ad consensum , & glo-
riam , solum est conexa cum consensu ,
& gloria ratione scientie : & hæc est cer-
titudo consensus , & prædestinationis ,
qua provenit formaliter à scientia . Sed
hæc , ut vides , non est omnis certitudo
prædestinationis ; sed aliqua , immo & in
hac , voluntas Dei dans auxilium sub
hac scientia , est qui primo discernit con-
sen-

Sensitatem à hon consentientem, tñ dixi.
m. dñp. 4. de lib. arb. sect. 1.

Propositio. D. Thom. quæst. 6. de
veritate p. 3. explicat certitudinem p.
destinationis; & concordiam cum liber-
tate: quia ex cumulo infinitorum me-
diorum potest alia, & alia invenire effi-
cacia. Sed si præcederet scientia Media
ad prædestinationem, non esset necessa-
rius hic recursus ad cumulum infinito-
rum mediorum: ergo. Resp. conces-
mai. dist. min. Non esset otium necel-
larius recursus ad cumulum infinitorum
mediorum; conc. min. non esset conve-
niens, & conducens; ad aliqualiter ex-
plicandum pertitudinem; & concor-
diam, nego min. & conseq. Imò ex ar-
gumento sequitur, D. Thom. agnovi-
sc., & concepisse usum scientiæ Mediae:
quia ex recursu ad cumulum infinitorum
mediorum sequitur, quòd, ut postea
conferat hoc auxilium, potius quam
aliud, ad obtinendum consensum, debet
agnoscere maiorem conductiam hu-
ius, p. altero: & hæc maior conducen-
tia cognoscitur per scientiam huius ten-
dientiæ: Si existat hoc auxilium, existeret
consensus, quæ veritas ex ipso recursu
D. Thomæ ad cumulum infinitum, ag-

noscitur, esse scientiam Mediām, & non scientiam fundatam in decteto subiectivè absoluто, & obiectivè conditionato; quia si in eo fundaretur, non esset necessarius recursus ad cumulum infinitum mediorum ad certitudinem prædestina-tionis.

39 Obij. 3. Si Deus posset move-ri ex efficacia, daret Deus auxilium, quia efficax, non daturus, si esset inefficax. Sed hoc repugnat: ergo Deus non po-test moveri, sicut Prob. mai. Quia, si homo, cui datur auxilium, dissentiret, existeret auxilium, ut patet. Quando non existeret, quia supponitur, non standum auxilium, si esset inefficax: ergo. Resp. mai. esse falsam absoluто: quia ex eo, quod possit moveri ex efficacia, solum sequitur, quod possit dare auxilium, quia efficax, non vero quod sanger ita det, & multo minus, quod ita det, ut non esset daturus, si esset inefficax: quia, licet possit ita contingere, & hanc sit máxima benevolentia; tamen recte potest moveri ex efficacia; quia actus habeat talen modum tendēdi erga efficaciam, ut non daret auxilium, nisi esset efficax. Sicut aetus quo dolor de peccatis properat penas inferni, non ita tendit, ut

exerg

gazordis. Sc̄ nūp̄ signatē dicit: *Cō* non
dolorem, nī si effēt̄ tales p̄ḡne; alias effēt̄
malus, sufficit̄ ergo, ut moveare ex ef-
ficacia, quād ex eis complacentia con-
ferat, & quān sit verum, quād non effēt̄
daturus, si effēt̄ inefficax; de quibus
conditionalibus non est curandum; alias
de nullo actu iudicare possemus, an effēt̄
bonus, vel malus, saltēm, dum non
est intrinsecē liber.

40 Sed, admissa illa maiori, nego
min. Ad prob. verum est, quād, si dis-
sentiret auxilio, existere, & falsum, quād
non existere: quia homo, supposito au-
xilio, potest impedire illam veritatem:
Non daretur auxilium, si effēt̄ inefficax,
non determinando carentiam conditio-
nati, sed determinando hypothesim,
supposita carentia conditionati, ut di-
ximus disp. 13. de scient. fēct, 1. & 2.
Et similiter, supposito auxilio, determi-
nabit sc̄iētiam oppositam, sc̄ilicet, hanc:
Si effēt̄ inefficax, existere auxilium: quia
etsi veritas conditionalis, absolutē lo-
quendo, non determinatur per positio-
nem conditionis: alias Deus, ponendo
auxilium, determinaret hanc: *Si existet*
auxilium, existet consensus; attamen
tūm veritas conditionalis consistat in

com-

complexo conditionati, & conditionis, determinat veritatem conditionalem qui, supposito conditionato, determinat conditionem. Unde homo, posito auxilio, potest impedire requisitum, sub quo non daretur nunc auxilium; non vero sub quo non daretur tunc. Et auxilium potest existere, deficiente una causa, si loco illius subrogetur alia; secus, deficiente omni causa: & ipsum secundum se potest causari a scientia de inefficacia, aut efficacia, quamvis pro casu directionis scientiae de efficacia, necessario debeat oriri ab illa: supposito tamen auxilio, potest impedire casum talis directionis. De hoc vide disp. cit. de scient. ubi de his latè sect. I. 2. 3. & 4.

41. Infistes. Si hæc vera sint, ex præmissis veris possit sequi consequens falsum. Sed hoc non est dicendum: ergo. Prob. mai. ex his præmissis: Si Deus videret, auxilium esse inefficax, non existaret auxilium. Sed videret, auxilium esse inefficax, si Petrus dissentiret auxilio: ergo, si Petrus dissentiret auxilio, non existaret auxilium. In hoc, & similibus solvendis, ingeniose laborat Ribadeneira disp. 3. cap. 4. & 5. & nos latè egimus de hoc.

argumento disp. 2. de lib. arb. sect. à 1.
num. 11. ad 19. Modò breviter. Resp.
dist. mai. Ex præmissis veris sequitur
consequens falsum, non retenta veritate
præmissarum, nego suppositum; retenta
veritate præmissarum, nego mai. & nego
min. Ad prob. conces. præmisa mai. dist.
min. Et tunc non retineretur veritas
maioris, nec retineretur ratio conditio-
nis exacta ad veritatem maioris, con. mi-
nor. & retineretur veritas maioris, & ra-
tio conditionis exacta ad veritatem ma-
ioris, neg. min. & nego conseq. Itaque.
Ratio conditionis exacta ad veritatem
maioris est, auxilium esse tale, quod si es-
set inefficax, non daretur: Et in hoc con-
sistit veritas maioris: dum ergo ponis,
Petrum dissentire auxilio, iam non reti-
neret auxilium rationem conditionis exac-
tam ad veritatem maioris: nec datur ve-
ritas maioris: ergo consequens falsum
non sequitur ex præmissis veris: quia
præmissæ non sunt verae, dum non reti-
neretur earum veritas: nec dum conditio-
exacta ad veritatem maioris definit
retinere rationem condi-
tionis exactæ.

(.*.)

SECTIO IV.

Deus s^ep^e, imo frequenter confert auxiliis efficax motus, saltem extrinsecus ex efficacia. Et similiter negat iustis auxiliis inefficax retractus ex inefficacia.

42 **P**rob. i. Ex S. Basil. in insti-
tut. Monast. cap. 20. Si in-
tellexisset Dominus te, si minus impetras-
ses, id nequaquam esse amissurum, sine du-
bio ultra tibi, sine ullo reatu detulisset; nunc
autem tibi prospiciens, hoc facit. Ex D. Au-
gust. tract. 73. in Ioan. Male usurpus eo,
quod accipit, Deo potius miserante, non ac-
cipit. S. Damasc. ait: Deum Davidi obru-
lisse occasiones, quibus potuit, Saulem occi-
dere; quia prævidit, se recte facturum in
illis. Ex S. Bernardo: Interdum substrah i-
tur gratia, sive retrahitur, non propter su-
perbiā, quæ iam est; sed quæ futura esset,
nisi substraheretur. Et loquendo de iustis,
quorum vita brevis, nomine unius, ut di-
cunt Lyra, & Cornelius, dicitur Sap. 4.
Raptus est, ne malitia mutaret intellectum
eius, &c.

43 **P**rob. Deus est causa per se
mo-

moralis discretionis in actu primo ab
luto consentientis a dissentiente. Sed ne-
quit esse causa moralis huius discretio-
nis, quin, saltem extrinsecè, moveatur ex
efficacia, ad dandum auxilium: ergo. Prob.
mai. Ex August. de correpl. & grat. cap.
7. Discernuntur autem, non meritis suis,
sed per gratiam mediatoris. Et lib. 8 q. que-
stion. q. 68. Si quisquam sibi tribuit, quod
veniat vocatus; non tamen quod vocatus
sit. Et Enchirid. cap. 3 2. Restat, ut propte-
reà rectè dictum intelligatur: non est vo-
lentis, &c. ut rotum Deo detur: qui homi-
nis voluntatem, & preparat ad invandam,
& adiuvat preparatam. De hoc latè disp.
4. de lib. arb. sect. 2. Et ad Simplician.
quest. 2. Per illam gratiam Deus difter-
nit, per quam Deus vocat modo, quo, novit,
congruere vocato, ut vocationem non re-
spuat. Cuius autem misericordia, sic eum vo-
cat, quoniam scit, ei congruere. De hoc
disp. 4. de lib. arb. sect. 2.

44 Prob. 2. Deus est specialiter be-
neficus in collatione auxiliij efficacis. Sed
non esset specialiter beneficus, si non
moveretur, salte extrinsecè, ex specialita-
te, quæ est efficacia: ergo. Mai. constat.
ex varijs testimonij Script. PP. & D.
Thom. a pud Aldrete disp. 2. de præ-

dest. Min. constat ex August. cap. 3: contra Julian. *Noveris itaque, non officijs, sed finibus, à nitijs secernendas esse virtutes.* Et in Psalm. 31. *Bonum opus intentio facit: non valde attendas, quid homo facit; sed quid, cùm facit, respiciat.* D. Bern. serm. 40. in Cantica: *Duo in intentione requiruntur, res, & causa: quid intendat, & propter quid.* D. Thom. 1.2. quæst. 8. art. 6. *Sicut actus externus accipit speciem ex obiecto: ita actus internus ex fine.* Et quæst. 19. art. 7. ad 3. *Ad hoc, quod sit voluntas bona, requiritur, quod sit boni sub ratione boni, quod velit bonum, & propter bonum.* Vide plura, & rationes à priori disp. 3. de bonitate, sect. 1.

45. Obij. Non datur ex parte prædestinati causa moralis prædestinationis, iuxta Concilia, & PP. Sed si Deus daret auxilium, quia efficax, daretur in prædestinationis causa moralis prædestinationis: ergo Deus non dat auxilium, quia efficax. Prob. min. Auxilium, quia efficax, esset motivum. Sed esse motivum, est, esse causam moralem: ergo 2. Auxilium, quia efficax, est causa spectans ad mores. Sed non est causa finalis: ergo meritaria. Prob. min. Quia decretum non

gen

tendit, ut auxilium sit efficax; sed, quia est
 efficax; que est differentia cause meri-
 toriae & causa finali. Resp. dist. mai. (lvi.)
 qui ergo de prædestinatione antecedenti-
 at meritoria? Non datur ex parte præde-
 stinationis ex viribus naturæ causa moralis;
 prædestinationis, conc. ant.; ex viribus
 gratiæ, subdist. causa moralis meritoria,
 conc. ant. causa moralis finalis, nego ma-
 jor. & dist. min. Daretur ex viribus gratiæ
 causa moralis finalis; coacj min. causa
 moralis meritoria, nego min. & conseq.
 Ad prob. dist. ant. Darot auxilium, quia
 est efficax conditionatè, concutant. quia
 est efficax absolutè, nego ant. & conseq.
 Ad 2. conces. mai. nego min. Ad prob.
 dist. ant. Non tendit, ut auxilium sit effi-
 cax conditionatè, sed, quia est efficax
 conditionatè, conc. ant. non tendit, ut
 auxilium sit efficax absolutè, sed, quia est
 efficax absolutè, nego ant. & conseq.
 Itaque Deus dat auxilium, quia est effi-
 cax conditionatè, ut sit efficax absolutè;
 quod est, efficaciam habere ratione causa
 finalis, ut dicit D. Thom. i. part. quistio
 23. art. 5. ad 1. *Vsus gratia preservari non
 est ratio collationis gratiæ, nisi secundum
 rationem cause finalis.* Idem dicit q. 6. de
 verit. art. 2. ad 7. Meritum autem movet,
 quia est absolutè.

conferret auxilium ex fine beneficentiae. Vide alia argumenta disput. in sectio 6.

SECTIO V.

*Scientia Media efficacia verè dirigeret,
et præcederet ad collationem auxiliij
efficacis, etiam si non move-
tur ex efficacia.*

50. **H**anc conclusionem contra AA. suprà citatos tenuit Izquier. disp. 38. num. 38. Quirós tom. 2. disp. 7. Cartelon, disp. 37. Herrer. quæst. 2. de prædestinat. Muniesa disp. 2. de provid. sect. 9. Iunior. sect. 3. cap. 4. & præcipue sect. 10. cap. 1. Aranda disp. 31. à num. 33. P. Doct. Vincent. Ramírez disp. 3. cap. 3. & Suarez lib. 1. de prædest. cap. 7. hum. 4. dicit: *Hanc sententiam illi soli negare possunt, qui omnino negaverint, Deum futura conditionata cognoscere.*

51. Prob. Scientia simplicis intelligentiæ verè præcedit natura, & dirigit, et si non moveat in actu secundo, ad collationem auxiliij: ergo scientia Media efficacia verè præcedit natura, & dirigit.

49. Obij. 2. Decretum conferens auxilium efficax, vel tangit intrinsecè auxilium, & efficax, vel solam entitatem auxilij? Si erit prædefinitio consensus. Si non erit specialiter beneficus in collatione auxilij efficacis. Probatur hoc. Ad hanc specialitatem non sufficit complacentia in efficacia, nec sèdentia inefficax in efficaciam: quia etiam, idem confert auxilia reprobis, habet complacentiam in efficacia, & sèdentiam inefficacem in consensum: ergo minus sufficiet ad hanc specialitatem præcilio ab efficacia. Izquierdo disp. 37. de Dico, num. 5. concedit, decretum non fore specialiter beneficium, nisi specialiter tenderet in auxilium, ut efficax. Nos diximus disp. 3. de bonitate & malitia, acutus debet tenderet intrinsecè in finem virtutis, ut contrahat finem virtutis. Resp. ex dicendis disp. 4. Decretum rendere in auxilium, quia efficax, & tale decretum esse prædefinitiōnem consensus. Ad casum præsentem dico, quod, et si decretum non esset prædefinitio consensus, modo esset voluntia inefficax consensus ex fine consensus, & gaudium de efficacia conditionata auxilij ex eodem fine, esset specialiter beneficium in collatione auxilij efficacis: quia

con-

conferret auxilium ex fine beneficentia. Vide alia argumenta disput. q. sectio 6.

SECTIO V.

*Sententia Media efficacie verè dirigeret,
et præcederet ad collationem auxiliij
efficacis, etiam si non move-
tur ex efficacia.*

50. **H**anc conclusionem contra AA. suprà citatos tenuerunt Izquier. disp. 38. num. 38. Quiròs tom. 2. disp. 7. Carteron, disp. 37. Herrer. quæst. 2. de prædestinat. Muniesa disp. 2. de provid. sect. 9. Iunio sect. 3. cap. 4. & præcipue sect. 10. cap. 1. Aranda disp. 31. à num. 33. P. Doct. Vincent. Ramírez disp. 3. cap. 3. & Suarez lib. 1. de prædest. cap. 7. huius. 4. dicit: *Hanc sententiam illi soli negare possunt, qui omnino negaverint, Deum futura conditionata cognoscere.*

51. Prob. Scientia simplicis intelligentiae verè præcedit natura, & dirigit, et si non moveat in actu secundo, ad collationem auxiliij: ergo scientia Media efficacia verè præcedit natura, & dirigit.

in actu secundo, etiam si non moveat ad collationem auxiliij. Antec. est omniū nostrum. Prob. conseq. Ideo primum est verum: quia verè, & strictè dirigere, est, ostenderé in signo apto rationem, ex qua quis iure possit moveri ad aliquid faciendum, & illuminare potentiam, ut provide se gerat in electione medij ad finem. Sed ita se habet scientia Media efficacia, respectu collationis auxiliij efficacis, etiam si non moveat ad collationem auxiliij: ergo scientia Media verè præcedit natura, & dirigit in actu secundo ad collationem auxiliij efficacis, et si non moveat in actu secundo. Male quæ videtur vera. Prob. Amicus verè dirigit per consilia, & superior per præcepta, quando ponitur actio, etiam si non ponatur ex motivo obedientiæ, nec consilij. Sed non alia ratio ne, nisi quia amicus, & Superior propoundunt rationes, & eas ostendunt in signo apto, ex quibus possit moveri, ad aliquid faciendum, & illuminant potentiam, ut provide se gerat in electione medij in ordine ad finem: ergo.

52 Confirm. Strictè dirigere, non stat in motione in actu secundo: ergo potest illa scientia dirigere strictè, quin

in actu secundo moveat. Prob. ant. Dirigere, est actio consiliantis; motio autem est actio se moventis: ergo strictè dirigere in actu secundo, stat in motione in actu secundo. Confirmabit aliquis, Potest dari motio in actu secundo absque stricta directione. Sic, iuxta adversarios, amor, quo Deus se amat necessario, movetur ex eius bonitate, quia strictè dirigatur scientia necessaria, ut potè identificatus virtualiter cunctilla: ergo strictè dirigere, non stat in motione in actu secundo.

53. Probatur 2. Quod est in signo apto independens ab aliquo decreto, absolute exercito, & maximè conductus, & allicit ad eius existentiam, præcedit, & est prior tali decreto. Sed scientia Media existens in signo apto, ad monendum, est independens à decreto ab solutè exercito, & maximè conductus, & allicit ad eius existentiam: ergo. Min. est vera: quia allicit, & conductus, ut decretum existat liberè, & providè. Prob. mai. Ideò approximatio, & dispositio- nes præcedunt, & sunt priores effectu in physicis, cogitationes allicientes, consilia, & præcepta sunt priora in morali- bus: quia existunt in signo independen-

si conducunt, & allicitur ad existentiam effectus: ergo. Confrat. Quod expedit potentiam, ut modo connaturali producat effectum, est prius natura effectu. Sed Scientia Media de efficacia expedit voluntatem divinam, ut modo connaturali, id est, libero, decernat auxilium: ergo est prior natura decreto auxilij efficacis, Mai. videtur vera: quia non alia ratione dispositiones sunt priores natura effectu. Prob. min. Quod constituit plenam indifferentiam, & dominium, ad conferendum, & negandum auxilium, expedit voluntatem divinam, ut libere conferat auxilium. Sed Scientia Media de efficacia constituit plenam indifferentiam, & dominium, ad conferendum, & negandum auxilium: ergo.

54. Obij. 1. Si Scientia Media de efficacia praededit ad decretum collativum auxilij, etiam præcederet ad decretum applicativum. Omnipotentia constituens libertatem. Sed hoc est falsum: ergo. Prob. min. Decretum applicativum Omnipotentia est essentialiter liberum, & consequenter supponit essentialiter suam libertatem. Sed non supponit essentialiter Scientiam Medium de consensu: ergo. Prob. min. Si supponeret essen-

essentialiter scientiam Medium de consensu, esset connexum cum consensu. Sed quod constituit libertatem, non est connexum cum consensu: ergo. Resp. confess. mai. nego min. Ad prob. dist. mai. Decretum applicativum supponit essentialiter suam libertatem, hanc, vel illam vagè, conc. mai. Supponit determinatè suam libertatem, nego mai. & concess. min. nego conseq. Itaque. Ex dictis disput. 6. de bonit. & malitia, sect. 1. Actus Dei sunt essentialiter liberi, sed vagè connexi cum hac, vel illa libertate; non determinatè connexi cum hac libertate: ideòque decretum applicativum Omnipotentiæ essentialiter liberum, connectitur vagè cum hac, vel illa scientia Media; non verò connectitur determinatè cum scientia Media de consensu: quia auferret libertatem.

55 Obij. 2. Scientia non alliciens, neque movens in actu secundo, non habet influxum proprium ipsius. Sed quod non habet influxum proprium ipsius, non est prius natura in actu secundo: ergo. 2. Rectè componitur, quod scientia Media efficaciæ constituat libertatem, reddat voluntariam collationem auxilij, cum eo, quod non sit antecedens;

dens; sed comitans: ergo ex eo; quod
constituit libertatem, & reddat volunt-
ariam collationem auxilij, non sequi-
tur, quod vere præcedat collationem
auxilij. Prob. ant. Ignorantia comitans
in iacente sagittam, ignorando, an sit
homo, quod movetur, constituit liber-
tatem, & reddit voluntariam occisio-
nem hominis: ergo.

56. Resp. Dist. mai. Scientia non
alliciens, nec movens in actu secundo,
non habet omnem influxum, quem po-
test habere, conc. maj. nullum influxum
habet, quem potest habere, nego mai.
& dist. min. Scientia nullum habens in-
fluxum, quem potest habere, non in-
spicit, conc. min. non habens omnem in-
fluxum, quem potest habere, nego min.
& conseq. Itaque. Scientia Media, &
potest influere, dirigendo, & reddendo
liberam, voluntariam, & imputabilem
in actu secundo collationem auxilij, &
potest influere, movendo. Dum conser-
tur auxilium efficax, habet primum in-
fluxum, qui est proprius scientiæ, et si
non habeat secundum. Ad 2. Resp. ne-
go ant. Ad prob. conces. ant. hego cor-
req. Disparitas est. Quia ignorantia co-
mitans contraposita ignorantia antec-
den-

denti, dicitur comitans in sensu valde diverso à comitantia, & prioritate naturæ: quia, ut diximus disp. 3. de bonis, & malis. sect. 5. ex Div. Thom. 1. 2. quest. 6. art. 8. Ignorantia comitans est, quando est de eo, quod agitur; tamen etiam si scinetur, nihilominus ageretur, ut dum quis occidit hostem, iudicans, esse feram: quem ex præsentî dispositiōne actuali, vel habituali, etiam accideret, si sciret, esse hostem: & tunc non operatur ex ignorantia; sed cum igno-
rantia, ut dicit quest. 76. art. 1. Ignor-
rantia antecedens est, que non est volun-
taria, & est causa volendi, quod non amar-
etur, secundum talis ignorantia. Sic qui in-
culpabiliter iudicat, aliquid esse fetam;
& iaciens sagittam, occidit amicum, ha-
bet ignorantiam antecedentem: quia ig-
norantia est inculpabilis, & est causa
mittendi sagittam, quam non mitteret,
si sciret, illum esse amicum. Ubi; ut vi-
des, sumitur in valde diverso sensu ig-
norantia comitans, & antecedens à co-
mitantia, & antecedentia naturæ.

157 Obij. 3. Si scientia Media præcedit, signū auxilij, est signū complexi connexi
cum consensu. Sed si ita est, scientia Me-
dia tollit libertatem: ergo non præce-
dit.

dit. Prob. mai. Illud est signum complexi connexi cum consensu, in quo, supposito uno constitutivo complexi, scilicet, scientia Media, ponitur aliud, scilicet, auxilium, & purificatio conditionis: ergo. *Conform.* In illo signo intelligitur complexum connexum cum consensu, in quo intelligitur ablata indifferentia, ut sit tale complexum. Sed supposita scientia Media efficacie, in signo auxilij intelligitur ablata indifferentia, ut sit tale complexum: ergo 2. Non est aliud signum, in quo intelligatur hoc complexum: ergo. Nec valet dicere, signum auxilij esse signum complexi connexi. Sed non per ea, quae sunt in illo signo: quia, si semel in illo signo intelligitur complexum connexum, non erit signum indifferentie: admodum, quo causa in suo signo est prior effectus, etsi in esse prioris constituantur per ea, quae sunt in signo causae, & effectus.

58 Resp. dist. mai. Si scientia Media precedit, signum auxilij est denominative, & inadæquate, & extrinsecè signum complexi connexi, conc. mai, est in re, & adæquate, & intrinsecè, nego mai & nego min. Ad prob. dist. ant. Illud est signum complexi connexi cum con-

sensu

sensu inadæquate, & denominative, & extrinsecè, in quo, supposito pmo constitutivo, datur aliud, conc. ant. est signum complexi connexi adæquate, & in re, & intrinsecè, nego ant. & conseq. Ad Cons. firm. dist. mai. In illo signo intelligitur complexum connexum inadæquate, & denominative, & extrinsecè, in quo intelligitur ablata indifferentia, conc. mai. adæquate, & in re, & intrinsecè, nego mai. & dist. min. In signo auxilij intelligitur inadæquate, & denominative, & extrinsecè ablata indifferentia, conc. min. adæquate, & in re, & intrinsecè, nego minor. & conseq. Ad 2. dist. ant. Non est aliud signum compositum, in quo intelligatur hoc complexum, nego ant. non est aliud signum simplex, conc. ant. & nego conseq. Itaque. Signum auxilij est inadæquate, & denominative, & extrinsecè, signum complexi connexi cum consensu: quia auxilium cum scientia præcedenti, constituunt antecedens complexum cum consensu, & auxilium à scientia antecedenti denominatur complexivè connexum cum consensu; sed, quia in signo auxilij non datur scientia, nec auxilium supponit essentialiter scientiam Medium de consensu, signum auxilij, seu entitas

au-

r. 21.

auxiliij ratione sui, qua ratione constituit
potestatem proximam ad consensum, est
indifferens ad consensum, & dissensum;
& indifferens, ut auferat denominatio-
nem connexi cum consensu, & acquirat;
& constituat inadæquate denominatio-
nem connexi cum dissensu, quod sufficit
ad veram libertatem.

59. Deinde verum est, quod, sup-
posita scientia Media efficacia, in signo
auxiliij intelligitur inadæquate, & de-
nominative; & strictè extrinsecè ablata
indifferentia, ut sit tale complexum
propter dicta; ut verò non intelligitur
adæquate, & in re, & intinsecè ablata
indifferentia in signo auxiliij quia totum
resultans ex duobus signis, seu ex his,
quaे sunt in duobus signis, non intelligi-
tur in signo unius signi solius: sic in sig-
no, in quo intelligitur, seu existit effectus,
intelligitur ablata indifferentia, ut sit
complexum ex causa, & effectu, & causa
non existit in signo effectus; sed in signo
effectus solum est verum, extitit pro-
priori hæc, vel illa causa. Itaque. Com-
plexum connatum cum consensu resul-
tans ex auxilio, & scientia est in signo
composito ex duobus signis, seu ex his,
quaे sunt in duobus signis; non est signum
sim-

Simplex existens, aut consensus in signo auxilij: quia signum auxilij, quod nihil aliud est, quam entitas ipsius auxilij, seu libertatis ex se est indifferens ad consensus, & dissensum, & per supponit hanc vel illam scientiam Medium, non vero supponit determinatam scientiam Medium de efficacia.

60 Obij. 4. Scientia Media cognoscens eventum conditionatum in se ipso, cognosceret etiam in se ipso consensum, purificata conditionem. Sed consensus conditionatus, purificata conditione, est consensus absolutus: ergo cognoscit consensum absolutum, & consensus absolutus determinavit scientiam Medium. Ex quo inferuntur haec absurdum. 1. Si Scientia Media est posterior consensu absoluto, quomodo erit illo prior? Quomodo praecedet ad decretum, quod est prius consensu absoluto? 2. Per nos. Quia Scientia visionis consensus in se, & extra omnes suas causas subsequitur ad consensum absolutum, nequit esse causa consensus absoluti. Sed, per nos, Scientia Media subsequitur consensum absolutum: ergo nequit esse causa consensus absoluti. De hoc argumento latè egimus disp. 2. 1. de Scientia secundum Resp. Ex ibi.

abi dictis dist. mai. scientia Media cognoscit consensum, purificata conditione, in signo praescindenti à purificatione conditionis, conc. mai. in signo supponente purificationem conditionis, nego mai. & concess. min. dist. conseq. Cognoscit, & determinatur à consensu absoluto in signo praescindenti à purificatione conditionis, conc. conseq. in signo supponente purificationem conditionis, nego conseq. Itaque consensus re vera existens absolute, purificata conditione, & in eo instanti, in quo ita existit, determinat scientiam Medium, & cognoscitur à scientia Media pro signo praescindenti à purificatione conditionis. Ideoque potest dirigere, & procedere ad purificationem conditionis, & ad decretum collatum, licet sit obiectivè posterior consensu re vera absoluto hic, & nunc, sic tamè posterior consensu pro signo praescindenti à purificatione conditionis, sicut his obiectivè prior cognitione bonitatis finis, & intentione, est posterior, & causatur physice à cognitione, & intentione. Cum verò scientia visionis dicta determinetur à consensu absoluto, ut tali, & extra omnes suas causas, quomodo possit causare consensum absolutum?

DISPUTATIO III,

DE DIRECTIONE, ET PRÆC-
dentialia scientia Mediae inefficacia. Vbi.
An Deus sit beneficus in collatione au-
xilij inefficacis, & quoniammodo setio pro-
curat consensum, dum confert au-
xilium inefficacis.

CUM EGERIMUS DE DIREC-
tione, & præcedentia scientia Media de
efficacia, agemus de directione, & præ-
cedentia scientia Media de ineffica-
cia, quæ difficilior est.

SECTIO I.

*An scientia Media inefficacie verè di-
rigat, & præcedat natura collatio-
nem auxilij inefficacis?*

Missa varietate sententiarum apud Quiròs disp. 7. de provid. sect. r. Izq. disp. 38. nu-
mer. 38. Communior sententia dicit,
scientiam Medium inefficacie dirigere,
& esse natura priorent collatione auxilij
inefficacis, prioritate causalitatis distin-
cta à prioritate permissionis. Ita Izq.

Suprà propos. 2. Carletoni, Hueti, quart.
 2. sect. 5. Muniesa disp. 2. sect. 9. Aráda disp. 31. P. Doct. Vincentius Ramirea disp. 3. cap. 3. Iamio verò secta 10. cap. 1. loquitur cum distinctione. Supponit, idem esse retrahere ab uno conteradictorio, ac inclinare in aliud; ideo scientia inefficacia, ut inclinans ad omissionem decreti seu retrahendo ab eius positione, constituit libertate acti-
 vam decreti collativi auxiliij inefficacis. Addit num. 20. Scientiam inefficaciæ retrahétem à collatione auxiliij esse ma-
 gis retrahentem, quam allicientem ad collationem auxiliij; aliquatenus tamen allicere, proponendo aliquas cónvenientias, &c, ut sic alliciens, verè est cau-
 sa auxiliij inefficacis; at Verò, ut retrahens, solum est causa permissiva auxiliij inefficacis, et si decretum sit adversati-
 vum, & essentialiter supponat scientiam inefficaciæ: quia causa moralis subiecti-
 va includit essentialiter inclinationem: & retractio, ut retractio, non est incli-
 natio, nisi ad oppositum. Ita num. 11.

2. Suppono. Non esse idem, esse
 etum prærequiri essentialiter aliquod
 principium, ac illud principium esse
 causam per se moralē effectus: quia
 pec-

peccatum præequirit essentialiter Deū,
 & omnipotentiam applicatam; & Deus
 non est causa per se moralis peccati. Un-
 de ex eo, quod hoc decretum: *Volo au-
 xilium, et si sit inefficax, prærequirat es-
 sentialiter scientiam de inefficacia; ex
 hoc præciso capite non probatur, scien-
 tiā de inefficacia esse causam per se
 moralem huius decreti: et si in re præce-
 dat ad tale decretum, ut etiam fatetur
 Ribad. disp. 4.*

3. Probatur, quod scientia de inef-
 ficacia verè dirigit, & præcedit ad col-
 lationem auxiliij inefficacis. Et in primis
 hoc videtur suaderi ex Div. Thom.
 1. part. quæst. 23. ad 2. *Non tamen po-
 test esse, quod aliqua faciat, que non præfa-
 civerit, & præordinaverit, se facturum.*
 Et præbet rationem: *Quia ipsum facere
 subiacet prescientie, & præordinacioni.*
 Et 3. conter. Gent. cap. 98. *Non est pos-
 sibile, quod aliquid faciat, quod non sit ab
 eo volitum.* Et 2. contra Gent. cap. 3.
*Atque adeo quidquid ab ipso causatur cogi-
 titum est, & volitum à Deo.* Libertas
 adæquatè sumpta verè præcedit ad
 quodvis exercitium libertatis. Sed, sicut
 in creatis libertas constituitur per cogi-
 tiones allientes, & retrahentes, ita

in Deo libertas iam constituitur per scientiam efficaciam allicientem ad collationem auxilij, & ex parte retrahentem: iam constituitur per scientiam inefficaciam retrahentem à collatione auxilij, & ex parte allicientem: ergo. Prob. mai. Ad quodvis exercitium plenè, & perfectè liberum præcedit plenum, & perfectum dominium electivum. Sed plenum, & perfectum dominium electivum est adæquata libertas: ergo. Prob. mai. Quodvis exercitium plenè, & perfectè liberum, est plena, & perfecta electio. Sed ad perfectam electionem præcedit perfectum dominium electivum: ergo. Confirm. Eatenus scientia inefficacia nō præcederet ad collationem auxilij inefficacis: quia retrahit à collatione auxilij. Sed hæc ratio non probat: ergo præcedit. Prob. min. Cognitio præcepti retrahens ab omissione rei præceptæ, præcedit omissionem rei præceptæ. Notitia inconvenientis, v. gr. rixarum, homicidij sequedi ex actione, retrahit ab actione, & præcedit actionem: ideoque actio, & omissione rei præceptæ sunt peccaminosæ: ergo. De his latius disp. 6. de bonitate, sect. 5. Confirm. 2. Collatio auxilij inefficacis sit voluntaria permissio pec-

peccati. Sed non esset voluntaria permissione peccati, si non præcederet scientia Media de inefficacia: ergo. 3. Quod resistit electioni, præcedit ad electionem. Sed scientia de inefficacia retrahens à collatione auxiliij, resistit collationi auxiliij: ergo.

4 Obij. 1. Si cognitio retrahens præcedit, & dirigit ad collationem auxiliij, non esset retrahens, sed alliciens. Sed hoc est falsum: ergo. Prob. mai. Non dirigit ad collationem auxiliij, quod revocat à collatione, & suadet, ne conferatur. Sed cognitio retrahens revocat à collatione, & suadet, ne conferatur: ergo. Resp. argumento fieri satis, dicendo, cognitionem inefficaciz, quæ retrahit à collatione, ex parte allicere ad collationem, proponendo convenientias collationis. Quod fortè insinuavit August. tom. 3. in Enchir. cap. 27. Melius enim iudicavit de malis benefacere, quam mala nulla esse permittere. Et cap. 100. Ineffabili modo non sit præter eius voluntatem, quod etiam contra eius sit voluntatem: quia non fieret, si non ficeret nec utique nolens finire, sed volens, nec ficeret bonus fieri mala, nisi omnipotens, et iam de mala facere posset bene. Et c. 28.

de natura, & grat. in illa ad Timoth. 1.
 Quos tradidi Sarbanæ, ut discant non blasphemare, ait: Deserit aliquantium Deum
 unde superbis, ut scias, non tuum, sed eius
 esse; & discas, superbis non esse. Et addit:
 Quid amplius dicam, nisi quod potest cre-
 di, quod ignes ignibus extinguntur, sic
 credi potest, quod peccatis peccata curan-
 tur. Et lib. 14. de Civit. Dei, cap. 13.
 Audeo dicere, superbis esse utile, cadere
 in aliquid apertum, manifestumque pec-
 tam, unde sibi displiceant, qui iam, fibe
 placendo, ceciderant. Quod suader exem-
 plo Divi Petri, Scriptura, & ratione.
 Leo serm. 9. de Paf. Ob hoc hestare per-
 missus, ut in Ecclesiæ Principe remedium
 poenitentiae conderetur. Damasc. lib. 2.
 Fidei, cap. 29. Permititur quis quando-
 que, in turpem occidere actum, ad emen-
 dationem deterioris affectus; v. gr. est
 quis elatus in virtutibus, & operibus
 suis; & hunc, sinit Deus, in adulterium
 pro labi: ut, per casum in sua propria in-
 firmitatis cognitione veniens, confitea-
 tur Dominum. Gregor. lib. 33. Moral.
 cap. 11. dicit: Deum sepe permittere
 lapsus, ut qui humilitatem, currentes, fu-
 gimus, ei, falcem cadente, hereamus. Si-
 milia habet Iren. adv. heresi. Chrysost.
 lib.

Hb. 1. de prov. Hieronym. in 8. ad Roman. Ambros. serm. 97. de Fide Petri, Bern. in Psalm. qui habitat, serm. 24. Sed dato, quod ita retraheret, ut nullatenus alliceret. Resp. nego mai. Ad prob. dist. mai. Non dirigit, inclinando, quod revocat à collatione, & suaderet, se conferatur, conc. mai. non dirigit illuminando, nego mai. & concess. min. dist. conseq. Non dirigit ad collationem auxilij inclinando, & consiliando, conc. conseq. non dirigit illuminando, nego conseq. Itaque. Dirigere ad aliquam actionem, inclinando, & consiliando, est, suadere actionem, est, intendere, quod positur actio; & non ita dirigit scientia inefficacia ad collationem auxilij inefficacis. Dirigere illuminando, est, proponere inconvenientia, quae sequentur in actione, & ita dirigit scientia inefficacia ad collationem auxilij inefficacis. non ita præcepti ad omissionem rei præcepta, quod vere, & propriè est, dirigere actionem, & insensu dicto dirigere ad actionem; non tamen dirigere in actionem: quia hoc significat suadere, & consiliare actionem.

Obij. 2. Si præcedit scientia de inefficacia ad auxilium inefficax, cre-

tum collativum auxilij poterit dependere esse huiusmodi: tali scientia, & cum illa connecti: ergo illa volitio dandi auxilium, non potest esse benevolia: quia quomodo i talis erit volitio connexa cum dissensu? Hujc obiectioni expresso dicemus sect. 3. tales volitiones fore benevolam: quia, et si sit connexa cum dissensu; dat tamen auxilium in se bonum, & ex complacentia in consensu: & connexion illa cum dissensu non est exigentia dissensus, sed dependentia ab illo.

Obij. 3. Secundum aliquos SS., PP. apud Aldrete disp. 2. sect. 7. Deus permittit peccatum, ne iudicaret liberum arbitrium. Scilicet si Scientia Media inefficaciter dirigeretur, permettere posset peccatum, quia iudicaret arbitrium: ergo non dirigit. Resp. Dist. mai. PP. iudicant, Deum permissore peccatum, ne iudicaret arbitrium, ut aliquam rationem, concipi mai, ut unicam rationem, nego mai. & concess. min. nego conseq. Itaque Deus duplickey posset impedire peccatum; 1. dando semper auxilium efficax; sed hoc esset contra providentiam ordinariam, sub qua, necesse est, venire scandala. 2. pot. impedire peccata, auferendo libe-

bertatem; & idèò SS. PP. supponentes, quòd in providentia ordinaria non semper datus erat Deus auxilium efficax, dicunt, Deum permettere peccata, ne impedit libertatem: quia in providentia ordinaria non erat alius modus impediendi peccata, nisi auferendo libertatem; posset tamen Deus impedire providentiam ordinariam, dando semper auxilium efficax, & sic impedire peccata, quin auferret libertatem. Vbi, ut vides, ratio adducta à SS. PP. non est unica; sed aliqua.

7. Obij. 4. Iuxta SS. PP. sapè ad ductos disp. 3. & 4. 7. 10. & 11. de scient. Deus videt exercitia liberae creaturæ in se ipsis. Sed & scientia Media dirigit collationem auxiliij, ea videbit in complexo de scientia Media, & decreto, ut pote conexo cum consensu, aut dissen su, & priori consensu, & dissen su: ergo. Resp. Conces. mai. & min. nègo conseq. quia ex eo, quòd Deus videat exercitia libera in se ipsis, non sequitur, quòd non videat ea simul in alio; imò, ut diximus disp. 4. de scient. Deus videns se in se ipso, simul videt se in creaturis: ideoque PP. soli intendent, falso dicere dicentes, Deum solum videre exercitia nostra.

libera in alio; non verò intendunt quod non videat simul nostra exercitia liberas in se, & in alio,

5.

8 Dico 2. Si scientia inefficacie non inclinet in collationem auxilij; sed solum retrahat, solum est prior permissivè collatione auxilij inefficacis, ad modum, quo Deus est causa permisiva peccari. Prob. Ad causandum vere contrapositè ad *permittere*, seu ad causandum per se aliquem effectum, si non requiritur inclinatio in effectum; saltèm requiritur, quod causa non retrahat, non dissuadeat, non resistat positioni effectus. Sed scientia inefficacie, si non inclinat ad collationem auxilij, retrahit, dissuaderet, & resistit collationi auxilij inefficacis: ergo non est causa per se; sed solum causa permissiva collationis auxilij inefficacis. Prob. maj. Amicus dissuaderet malum. Angelus Custos averteret a malo, proponendo rationes retrahentes, etsi illuminaret intellectum, & dirigant voluntatem, non dicuntur, causare per se mala; sed solum permittere mala. Sed non alia ratione, nisi quia retrahunt sua dire-

ctio-

ctione, & illuminatione, dissuadent, & resistunt positioni mali: ergo, *Confirm.* Super iores, medijs præceptis, dirigentes: regulæ illuminantes; & Deus dans potesta- tem proximam, & physicè concurrens in transgressionem legis, non dicuntur, causare per se; sed solum permisivè transgressionem legis. Sed non alia ra- tione, nisi quia Deus præstat vires; Su- periores, & regulæ dirigunt retrahen- do, dissuadendo, & resistendo transgres- sioni legis: ergo quod sic dirigit, solum præcedit permisivè ad transgressionem legis.

9 Obij. Potentia libera, ut libera, non est minus perfecta, nec minus ope- rativa, quam potentia necessaria. Sed potentia necessaria, ad æquatè sumpta, & secundum omnia sua constitutiva, causat per se, & non purè permisivè suum effectum: ergo, & potentia libe- ra. *Resp. eones. mai. &c min.* *Dist. con- seq.* Potentia libera causat per suum ef- fectum, secundum omnia sua constitutiva, distributione acomoda, conc. conseq. sine ulla distributione, nego conseq. Et in hoc excedit potentia libera poten- tiam necessariam. Itaque. Potentia ne- cessaria solum habet unum effectum,

v.gr.

v.gr. Ignis habet pro effectu potentię ca-
lefactivę calorem; non habet pro effectu
frigus, nec carentiam caloris: & in calo-
rem, qui est eius unicus effectus, inclinat
secundum omnia constitutiva potentię
proximę; at verò potentia libera, ut di-
stincta à necessaria, habet duos effectus
proprios, consensum, v.gr. & dissensum:
ideoque est indifferens ad consensum,
& dissensum: ex quo sequitur, quod po-
tentia libera partim conveniat, partim
disconveniat à potentia necessaria. Con-
venit cum potentia necessaria in eo,
quod omnia, quae inclinat in consensum,
causant per se consensum; & omnia, quae
inclinant in dissensum, causant per se dis-
sensum: quae verò retrahunt à consensu,
non causant per se consensum: sicut ni-
hil retrahens ab effectu necessario, cau-
sat per se effectum necessarium: & ni-
hil retrahens à dissensu, causat per se
dissensum, propter dictas rationes.

SEC:

SECTIO II.

An Deus sit beneficis in collatione auxilij inefficacis?

10 **O**Mnes TT. (excepto Bar.
filio Legionensi) apud
Rip. disp. 50. de ente, num. 27. Ribaden
disp. 7. cap. 1. Izquier. disp. 40. Herrer.
& alios, dicunt, Deum esse beneficium in
collatione auxilij inefficacia, quod sua-
debat multis locis PP. apud Ruiz. de vo-
lunt. disp. 27. 37. & 48. & Aldrete disp.
21. de prædestin. i Quod satis, videtur,
constare ex Isaiae 5. Quid ultra debui fa-
xere vix amee. Non fecit Ex Gregor.
lib. 17. Moral. qui in illa Iob: super quos
nos confundet luxem etiam ait: *Imen*. Dei
est gratia præculationis, ita invitantur om-
nes, qui laborant, & generati sunt. Similia
habet Ignatius Epist. 6. ad Philadelph. Ci-
prian. lib. 4. Epistolar. Epist. 7. Ambros.
in Psalm. 118. & lib. 6. in Lucam; capit.
ante penult. Prosp. lib. 2. de vocat. gent.
cap. 4. & 10. Bernard. serm. de Purific. &
alij apud Ruiz. disp. 17. de prædestinat.
sect. 1. & 21. & Ripald. disput. 50. sect.
3.

ii Difficultas est; quomodo erit
beneficus, conferendo auxilium ineffi-
cax? Ratio dubitandi sumitur ex Matth.
26. *Bonum erat ei, si natus non fuisset ho-*
mo ille. Et præcipue apparet difficultas,
si præcedat scientia Media ad collatio-
nem auxilij inefficacis: quia quomodo
erit gratia, & beneficium Petri, quod
affert tatum: damnatur, & aeternam dam-
nationem Petro: hoc auxilium non vi-
detur materia orationis, nec gratitudi-
nis; sed potius querelæ: quia melius erat
Petro, non habuisse libertatem; Quis
dicat, quid Petrus sciens per divinam
revelationem, quid, si Ioanni daret
equum, &ensem, equus, & ensis futui
erant occasio amissionis honorum, &
damnacionis temporalis, & aeternæ; se-
cundus simili daret. Quis, antiquam, dicat,
quid Petrus esset beneficus in collatio-
ne equi, &ensis? Quis dicat, Paulum es-
se beneficium, invitando Reum ad coe-
lum; si sciret, ibi esse capiendum à Ju-
dice? *Ad compunctionem. Hanc maxi-*
mam difficultatem, varia discurrunt AA.
Aldrete disp. 11: de prædictis fest. 7. &
8. dicit, Deum esse beneficium: quia cum
scientia Media inefficacis identificetur,
EST

iux-

iuxta ipsum , cum decretis liberis Dei :
 idè est beneficus : quia dat quod in se
 est bonum, & in signo potestatis ad dan-
 dum , non habebat scientiam de ineffi-
 cacia , qua, se retrahere, posset. Hæc so-
 lutio impugnata manet ex dictis sct. an-
 tec. Ribadén. disp. 6. & 7. dicit , i deò
 Deum esse beneficium in collatione au-
 xilij inefficacis: quia Deus decrevit, non
 se retrahere per scientiam inefficaciz à
 collatione auxilij : & per hoc decretum
 iam est impotens, se retrahere, dum con-
 fert auxilium . . . ideoque est beneficium
 quia confert bonum , & impotens est, se
 retrahere ab inefficacia, ab eius collatio-
 ne; si verò potens esset, se retrahere , &
 illud conferret, non esset beneficium. Hæc
 solutio , et si solvat quæstionem : *Quare*
Deus creavit Angelos , presclens , pecca-
turos ? Introducit quæstionem : quare
Deus decrevit, non se retrahere à previ-
fione peccati, dum eos creavit?

13 Izquierdo disp. 40. à num. 40.
 dicit, Deum esse beneficium in collatione
 auxilij inefficacis: quia auxilium, quod
 confert, est in se bonum, & illud confert
 ex intentione boni operis ; & non con-
 fert malum : quia non est causa per se
 peccati ; sed hoc provenit ex libero ar-
 bitrio.

bitrio. Idem ferè Heser. quæst. 4. sect. 5.
Aranda disp. 39. P. Doct. Vincentius
Ramirez disp. 4. cap. 1. & præbent dis-
paritatem ad casum, quo Petrus daret
Ioanni equum, & ensem: quia Petrus
erat causa per se damnorum Ioannis:
cùm teneretur, ea vitare; Deus verò
non tenetur, vitare nostra peccata. Ad
casum, in quo Paulus invitaret Reum
ad cœnam, dicunt, quòd, si Reus pos-
set adhuc, se eripere, & solum ex eius
culpa esset capiendus, Paulus, invitans
ad cœnam, esset beneficis. Hic modus
valde suavisibilis est.

14. Iunio sect. 10. de prædest. cap.
3. num. 6. supponit, duo esse in auxilio
inefficaci. In auxilio inefficaci datur en-
titas auxilij, seu libertatis, cuius Deus
est causa per se; & datur inefficacia au-
xilij, quam permissivè causat. Dicit er-
go, Deum esse beneficium in collatione
auxilij supernaturalis inefficacis, quia
dat plus boni positivi, quam debet, li-
cet minus, quam absolutè potest. Et
addit, Deum etiam esse beneficium in
permissoне peccati.

15. Ad resolutionem quætionis.
Suppono 1. cum Iunio, beneficium, &
gratiam esse opus bonum, quod est su-
prā

prå debitum. Ex Paulo ad Roman. 11.
Si autem gratia, iam non ex operibus.
 Ideò. Qui facit tibi plus boni, quam tenetur, beneficus est; et si non faciat totum bonum, quod potest. Similiter est beneficus, qui facit minus danni, quam iure facere poterat: Sic Deus est beneficus respectu damnatorum, in eo, quod puniat minus eos, quam iure patiri poterat. E contra maleficus est, qui facit minus boni, quam tenetur. Sic maleficus est, qui tenetur dare centum, & solùm dat quinquaginta. Similiter est maleficus, qui facit plus mali, quam iure potest, et si non faciat totum malum, quod potest: sic maleficus est Iudex, qui Reum merentem solùm exilium, mittit ad trirremes; et si non eum occidat.

16. Sup. 2. Deum non teneri, dare hominibus auxilia supernaturalia entitatiyè, quibus posset mereri vitam eternam: quia poterat, eum relinquere cum auxilijs pure naturalibus, naturæ debitis iure creationis, quibus habebat non solùm potestatem peccandi; sed etiam potestatem physicam vitandi peccata, & secundum plures TT. etiam potestatem moralem, attentis naturis rerum. De quo egimus disp. 7. de lib. arb. sect. 4.

Sup.

17 Sup: 3: Deum non teneri , impedire nostra peccata: quia Deus est supremus Dominus , & potest , quod voluerit facere: poterat impedire , & poterat iure permettere. Similiter. Iuxta communem sententiam , ex dictis disput. 5. de liber. arb. sect. 3. & 4. Deus scire poterat , quod , si Petrus peccatus esset , si ei daretur auxilium supernaturale: similiter esset peccatus , & maiora peccata facturus , si ei daretur auxilium solum naturale : quia , ut dicunt plures disp. 5. de lib. arb. ex eo , quod quis peccet sub uno auxilio , metaphysicè infertur , quod peccaret sub minore auxilio , si illud non discernat à maiori. Ex his , quidquid sit de alijs modis comprehendendi.

18 Dico 1. Deus est beneficus in collatione auxiliij inefficacis , directus ex præ visione inefficaciæ. Prob. Qui dat plūs boni , quam tenetur , est beneficus. Sed Deus dans auxilium supernaturale , et si inefficax , dat plūs boni , quam tenetur: ergo est beneficus. Prob. min. Deus ex iure creationis , & attento iure nature , solum tenetur , ad dandum homini libertatem naturalem , ad peccandum , & non peccandum : & dat illi potestatem.

Supernaturalem , qua non solum possit non peccare ; sed possit mereri gloriam : quæ potestas maior est prima : insuper permissio peccati sub auxilio supernaturali non est homini peior , quam permissio æqualis peccati sub auxilio naturali : ergo Deus absolutè plus boni facit , quam tenet , dum homini confert auxilium supernaturale , et si inefficax .

Confirm. Qui ius habet permittendi malum , beneficus est , si illud malum coniungit cum bono , ut 4. potius quam cum bono ut 1. cum iustè possit , illud malum coniungere cum bono , ut 1. Sed Deus ius habet , ad permittendum peccatum , & potens iustè illam permissiōnem coniungere cum libertate purè naturali , illam coniungit , conferendo auxilium supernaturale , cum potestate elevata supra naturam , ad merendum gratiam , & gloriam , ita ut perditio sit unicè ex ipso , qui spontè iustitiam diserit : ergo absolutè est beneficus in collatione auxiliij inefficacis .

19 Dico 2. Deus absolutè est beneficus in permissione peccati. Prob. Qui potens iustè infligere maius malum , infligit minus malum , absolutè est beneficus , non quia infligit malum ; sed

bitrio. Idem ferè Herrer. quæ Aranda disp. 39. P. Doct. V Ramirez disp. 4. cap. 3. & paritatem ad casum, quo Pet Ioannī equum, & ensem: quia erat causa per se damnorum. Icūm teneretur, ea vitare; Deum non tenetur, vitare nostra peccatum; in quo Paulus invitaret ad cœnam, dicunt, quodd, si Reges adhuc, se eripent, & solū culpa esset capiendus, Paulus, in ad cœnam, esset beneficis. Hic valde suavisibilis est.

14. Junio sect. 10. de prædicto 3. num. 6. supponit, duo esse in ainefficaci. In auxilio inefficaci datur auxilij, seu libertatis, cuius est causa per se; & datur inefficacia auxilij, quam permissivè causat. Dicit ergo, Deum esse beneficium in collatione auxilij supernaturalis inefficacis, dat plus boni positivi, quam debet, ceteri mindo, quam absolute potest addit, Deum etiam esse beneficium per missione peccati.

15. Ad resolutionem quæst. Suppono 1. cum Junio, beneficium gratiam esse opus bonum, quod a

ritas ad con-
mo, cùm non
quenter tene-
re, pietate, mi-
tibus, ad non
seriam: & hæc
lias esset per-
e physicè, vel
iam, ut dixi-
fect. 6. & dis-
atenus tenea-
um, & simili-
eriam, sive in-
sive non invi-
vitare ad cœ-
quòd donum
is fuit benefi-
facta cum An-
tione facta cum
in donis natu-
peccarent: quia
is supernatura-
se qui gloriam,
erunt.

Verba Matth.
natus non fuisset,
quòd fuerit bene-
ficiar.

quia infligit minus, quam iuste poterat. Sed Deus potens iuste permittere peccatum gravissimum, permittit peccatum minus: ergo in tali permissione absolutè beneficus est. Hinc bene intelliguntur verba Anselmi de casu diaboli, cap. 8. *Semper debet, Deo gratias agere malus Angelus pro beatitudine, quam sibi abstulit: sicut bonus pro ea, quam sibi ipse dedit.* Id est, pro minore poena, quam habet. Et possumus gratias agere, & petere à Deo, non, quod permittat peccatum, sed, quod permittat minus, cum posset permettere maius: sicut damnati debent, gratias agere, non, quia non punit; sed, quia punit minus, cum possit punire gravius. Item possumus petere à Deo, non, quod tribuat nobis auxilium inefficax, absolutè loquendo; sed, quod ex suppositione, quod collaturus sit auxilium naturale, vel supernaturale, sub quo futurum sit peccatum: conferat auxilium supernaturale. Itaque de ratione beneficij non est, quod sit absolutè optabile; sed sufficit, quod sit optabile respectivè: damnati namque non possunt optare poenam, quam habent, absolutè, sed possunt optare poenam, quam habent; respectivè ad poenam, quam

me-

fferentur, & quam iustè poterant habere.

20 Hinc paret disparitas ad conferentem ensem: quia homo, cùm non sit supremus Dominus, frequenter teneatur ex iustitia, vel charitate, pietate, misericordia, vel alijs virtutibus, ad non permittendam alienam miseriam: & hæc obligatio facit, ut quæ alias esset permissione, sit, causare per se physicè, vel moraliter, alienam miseriam, ut diximus disp. 1. de aët. hum. sect. 6. & disput. 2. sect. 6. Si verò nullatenus teneatur, vitare alienam miseriam, & similiiter passurus esset illam miseriam, sive invitaretur ad cœnandum, sive non invicaretur, poterat, illum invitare ad cœnandum. Patet etiam, quod donum creationis in Angelis malis fuit beneficium, non comparatione facta cum Angelis bonis; sed comparatione facta cum creare illos ornatos solum donis naturalibus, quibus similiiter peccarent: quia creavit eos ornatos donis supernaturalibus, quibus possent consequi gloriam, squam malitia sua amiserunt.

21 Ex quo sequuntur verba Matth.
26. Bonum erat ei, si natus non fuisset,
esse absolute vera; & quod fuerit bene-

ficiam donum creationis: quia quamvis sit maius bonum, & beneficium, non creare, quos, prævidet, malè operatros, quam eos creare, comparatione facta inter creare, & non creare; est tamen beneficium, eos creasse cum donis supernaturalibus, comparatione facta inter eos creasse cum donis supernaturalibus, & eos creasse foliū cum donis naturalibus, quibus æquè faciliùs, & plūs peccarent. Similiter, licet sit maius beneficium ex Sap. 4. *Raprus est, ne malitia mutaret intellectum eius, rapere iustum, ne peccet, si vivat, beneficium est, conservare vitam iusti, alias peccaturi, cum donis supernaturalibus, comparatione facta inter ita conservare cum conservare cum donis solūm naturalibus, quibus æquè faciliùs, & graviùs esset peccaturus.*

22 Obij. Necessitatus disiunctivè ad dandum auxilium inefficax, quod est minus bonum, vel ad impediendum peccatum, quod est maius bonum, non est beneficus in conferendo minus bonum. Sed Deus posita scientia Medicinaefficacia, est disiunctivè necessitatus ad dandum auxilium, quod est minus bonum, vel ad impediendum peccatum, negan-

gando auxilium, quod est maius bonum:
 ergo. 2. Si Deus esset beneficus in colla-
 tione auxilij inefficacis, collatio auxilij
 inefficacis esset gratia per Christum. Sed
 hoc videtur falsum: ergo. 3. Si Deus fu-
 set beneficus in permissione peccati An-
 gelorum, & Adami; permisso peccati
 Angelorum, & Adami posset esse gratia
 per Christum. Sed hoc videtur durum,
 & dissonum: ergo. 4. Iuxta Aug. de gra-
 tia Christi, cap. 8. In illa ad Rom. 7. *Vbi*
non est lex, non est prævaricatio: dicit: *Vj-*
que gdeò aliud est lex, aliud est gratia: ut
lex non solum nihil pro fit; sed etiam obfit,
nisi adiuvetur gratia. Ex quo sic. Si-
 cut se habebat lex, respectu Iudeorum,
 ita se habet cognitio supernaturalis pre-
 cepti, respectu nostri. Sed lex, nisi adiu-
 yetur gratia, non erat beneficium, quia
 potius oberat, quam proderat: ergo da-
 re cognitionem supernaturalis legis sine
 efficacia, non erit beneficium: quia talis
 cognitio magis Oberit, quam proderit.
 5. Erit beneficium, dare inclinationem
 in malum: quia similiter potuisset da-
 re maiorem inclinationem in malum.

23 Resp. Nego mai. quia Deus
 non est necessitatus sub scientia Media
 inefficacis, ad dandum auxilium super-

naturale inefficax; vel ad impediendum peccatum, negando auxilium: quia sub tali scientia poterat dare auxilium naturale, quo æquè facilius, & gravius peccaret: ideoque collatio auxilij supernaturalis inefficacis erit beneficium, comparatione facta inter dare auxilium supernaturale, quo minus peccet, & possit consequi gloriam, & dare auxilium naturale, quo non possit consequi gloriam, & magis peccet. *Ad 2.* Dist. mai. collatio auxilij inefficacis esset gratia per Christum, comparatione facta inter collationem auxilij supernaturalis, quo minus peccet, & collationem auxilij naturalis, quo magis peccet, conc. mai. Esset beneficis comparatione facta inter conferre auxilium, & impedire peccatum, nego mai. & nego min. in hoc sensu. *Ad 3.* Dist. mai. Permissio peccati Adami, & Angelorum posset esse gratia per Christum, comparatione facta inter permettere minus peccatum, & permettere gravius peccatum, conc. mai. comparatione facta inter permittete, & impedire peccatum, nego mai. & nego min. in hoc sensu. *Ad 4.* Quidquid sit de vera, & literali intelligentia verborum, de quo eruditè, & doctè Noster Iustinianus, &

Cor-

Cornelius post Salmeron. Resp. Permissa mai. & min. dist. conseq. Collatio auxilij, seu cognitionis supernaturalis præcepti non est beneficium, (comparatione facta intet dare talem cognitionem, & impedire peccatum, conc. conseq. Comparatione facta inter dar ecognitionem supernaturalem, qua minus peccet, & dare cognitionem naturalem, qua facilius, & gravius peccet, nego conseq. Et hinc patet ad 5.

24 Ex quo concludo, Deum esse beneficium in collatione auxilij supernaturalis inefficacis, facta comparatione inter conferre auxilium supernaturale eiusmodi, & conferre auxilium naturale, quo æquè facilius, & gravius peccet. Quidquid sit: an aliter salvari possit, quod Deus sit beneficus in collatione auxilij inefficacis.

SECTIO III.

Quomodo componatur, quod Deus serio velit consensum, dum confert auxilium inefficacis?

25. **S**up. i. Ex D. Thom. i. part: Quæst. 19. art. 11. In Deo K 4 dari

lari voluntatem signi, & voluntatem beneplaciti: non agimus modo de voluntate signi, in cuius explicatione variantur AA. quia aliqui per voluntatem signi intelligunt cum Magistro 1. sent. dist. 45, esse praeceptum, consilium, prohibitio- nem ita D. Thom. ibi. Et communiter TT. alij, ut infra explicabitur, cum D. Thom. Sed de voluntate beneplaciti, qua Deus verè, & propriè placet in ali- quo obiecto: & qua verè amat tale obie- ctim. Hæc voluntas dividi solet in an- tecendentem, & consequentem ex Da- mascen.lib.2. Orthodox. Fid. cap.29. & alijs SS.PP.apud Ruiz disp.19.& 20. de volunt. sed etiam varij sunt AA. in hu- ius explicatione. Alij dicunt, volunta- tem antecedentem esse eam, quam Deus ex se ipso, sponte habet; voluntatem consequentem, quam habet quasi coa-etus ex abusu nostræ voluntatis, ex Da- masc.sup. & D.Thom. in 1. dist. 46.art. 1. quia, ut dicit Bernard. serm. 5. de Na- tali Domini: *Quod iudicat, & condenat, nos eum quodammodo cogimus.* Ideò vo- cant consequentem voluntatem damnationis peccatorum. Alij vocant volunta- tem antecedentem, quæ est omnino in- dependens, & inevitabilis à nobis. Ita plu-

plures cum Ruiz disp. 19. de volunt. sect.
 9. Voluntatem consequentem vocant
 eam, quæ in existendo pendet, & vita-
 ri potest à nobis. Alij cum D. Thom.
 in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1. ad 1. vocant
 voluntatem antecedentem, quæ non ten-
 dit in obiectum, ut affectum omnibus
 circumstantijs, cum quibus exequendum
 est; sed in illud secundùm se; conseguen-
 tem, quæ tendit in obiectum, ut affe-
 ctum omnibus circumstantijs. Hoc sup-
 positio.

26 Aliqui dixerunt, Deum sola
 voluntate *signi* velle salutem omnium;
 non verò voluntate *beneplaciti* salutem,
 inquam, omnium in se ipsa. Ita Ianse-
 nius lib. 9. & 10. de gratia Christi, apud
 Palancq suprà, addens, quòd Christus
 non pro omnibus mortuus est, quòd non
 velit voluntate beneplaciti salutem om-
 nium in se ipsa ex Catholicis. Ita apud
 Ruiz disp. 19. sect. 10. Scotus, Maior, Ga-
 briel, & alij, quos refert Basilius Legio-
 nensis 1. par. variar. quæst. 6, vbi fusè co-
 natur fulcire hanc sententiam. Idem te-
 net Caietanus in 1. ad Thimot. 2. *Vult*,
omnes homines salvos fieri. Bañez, & Zu-
 mel 1. par. quæst. 19. art. 6. Alvarez de
 auxilijs. *Quia voluntate non vult salu-*
tem

tem in se ipsa; sed ita vult media salutis; tales præbet exortationes, & adminicula, ut in hominibus essent signa voluntatis terminatæ ad salutem, & quibus Deus se habet, ad modum volentis salutem : in quo consistit voluntas signi. Ita explicant voluntatem signi, Bañez, & Basilius Legionensis. Et in hoc sensu interpretatur D. Thom. locum Pauli ibi. 2. Verissima sent. dicit, Deum vera, & propria voluntate beneplaciti velle, & desiderare salutem omnium in se ipsa. Ita reliqui AA. ex nostris, & extraneis, quorum Catalogum videre poteris apud Rip. tom. 3. contra Baium disp. 23. sect. 17. Petavio tom. 1. Theologic. dogm. lib. 10. Ribadeneir. disp. 6. cap. 1. quos sequitur Bollivar tract. 4. de voluntat. dub. 5. vocans eam omnino certam. Palanco disp. 6. de volunt. quest. 11. P. Doct. Vincent. Ramirez disp. 4. cap. 2.

27 Hæc conclusio videtur mihi certa, ex Ezechiel 3. *Nōlo mortem impij, sed ut, convertatur impius à via sua, & vivat.* Et cap. 18. *Numquid voluntas mea est mors impij, dicit Dominus, & non ut convertatur à vijs suis, & vivat?* Matth. 8. *Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in Cœlis est, ut pereat unus de pusilis istis*

istis: In qua D.Thom. Minus dicit, & plus significat; quia voluntas est, ut salver-
tur r. 2. Petri: Fratres satagite, ut per bona
opera certam vestram vocationem, & ele-
ctionem faciatis. Et 3. Patienter agit prop-
ter vos, nolens aliquos perire; sed omnes ad
pœnitentiam reverti. 1. ad Thimot. 2. Vbi
cum dixisset: Obsecro fieri obsecrations,
orationes, postulationes, & gratiarum,
actiones pro omnibus hominibus, addit: hoc
enim bonum est, & acceptum coram Sal-
vatore nostro Deo. Qui omnes homines,
vult, salvos fieri, & ad agnitionem verita-
tis venire. Vbi clare significatur voluntas
benepaciti, ut docent innumerí PP.apud
nostr um Iustinianum, in hunc locum, &
apud Ruiz disp. 19.& 20.sup. Rip. & Pe-
tavio sup. ratio est. 1. Ratio desumpta
ab August. lib. 1. ad articulos falsos sibi
impositos sic. August. dicit ibi: Verba
Pauli intelligenda esse de omnibus. Quia
universaliter petit, orare pro omnibus,
& non pro solis prædestinatis. Sed præ-
cepit orare, & petere pro salute om-
nium, & non pro solis auxilijs sufficien-
tibus: ut ex se patet: ergo absolutè vult
salutem omnium. Ideò D.Thom. 1.par.
quæst. 19. artic. 4. intelligit Damasc.sup:
hunc locum de voluntate antecedenti.

quæ

que iuxta D. Thom. quest. 33. de veritate
est voluntas beneplaciti.

28 2. Quia est Regula August. lib.
3. de Doct. Christ. cap. 20. verba Scrip-
tarum accipienda sunt in proprio, & rigo-
roso sensu, quando non est manifestum
inconveniens. Sed verba Scripturarum relata
dicunt, Deum velle salutem omnium, &
non est inconveniens, quod intelligan-
tur in proprio, & rigoroso sensu de seria
salute omnium, licet inefficaci: ergo
Deus serio vult, licet inefficaciter, salu-
tem omnium. Confirm. Deus vult volun-
tate seria, licet inefficaci, ea, pro quibus
orat Ecclesia, & iubet, Ecclesiam orare.
Sed Ecclesia orat, & Deus iubet, Eccle-
siam orare pro salute omnium: ergo
Prob. min. Ecclesia in oblatione hostiarum
dicit: Sed, & pro omnibus fidelibus Chri-
stianis vivis, atque defunctis, ut mihi, &
illis proficiat ad salutem in vita eternam.
Et Feria 6. in Parasceve: Omnipotens
sempiterne Deus, qui salvas omnes,
& nominem, vis, perire, respice ad ani-
mas, &c. Et in Officio Defunctorum. Libera
animas omnium fidelium defunctorum de
paenitentiis Inferni, & de profundo lacu. 2.
Deus omnes homines elevavit ad finem
supernaturalem vitarum aeternarum, ut suo crea-
tori

tori inserviendo, fruerentur vita eterna. Sed implicat Deum elevare, & ordinare homines ad vitam eternam, quin voluntate seria, licet inefficaci, velit salutem omnium hominum: ergo. Mai. est certa. hac ratione diximus disp. 6. de lib. arb. sect. 2. Deum omnibus hominibus ratione utentibus dare auxilia sufficientia ad salutem. 3. Ut constat ex Scriptura relata, Deus dat impiis sufficientiam ad conversionem, ut convertantur, & ad salutem, ut salvi fiant. Sed implicat, Deum dare media ex fine salutis, & quod non velit serio, licet inefficaciter salutem: ergo.

29 4. Deus promittit omnibus salutem eternam sub conditione, quod decadant in gratia. Sed, ut diximus disp. 1. de Fide, sect. 6. promissiones Dei non solum affirmant animū promittendi; sed etiam animū, & voluntatem implendi: ergo Deus habet voluntatem conditionatam circa salutem omnium. Et quidem hanc voluntatem conditionatam tribuunt Deo. Hieronym. & Ambros. in 1. ad Thimot. 2. August. in Enchirid. cap. 104. Beda lib. 5. variar. question. q. 13. Anselm. in Matth. 6. ad illa. Fint voluntas tua. D. Tho. in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1. Ideo

que iuxta D. Thom. quest. 23, de veritate
est voluntas beneplaciti.

28. 2. Quia est Regula August. lib.
3. de Doct. Christ. cap. 20. verba Scrip-
turæ accipienda sunt in proprio, & rigo-
roso sensu, quando non est manifestum
inconveniens. Sed verba Scripturæ relata
dicunt, Deum velle salutem omnium, &
non est inconveniens, quod intelligan-
tur in proprio, & rigoroso sensu de seria
salute omnium, licet ineffici : ergo
Deus serio vult, licet inefficaciter, salu-
tem omnium. Confirm. Deus vult volun-
tate seria, licet inefficaci, ea, pro quibus
orat Ecclesia, & iubet, Ecclesiam orare.
Sed Ecclesia orat, & Deus iubet, Eccle-
siam orare pro salute omnium : ergo
Prob. min. Ecclesia in oblatione hostiarum
dicit : Sed, & pro omnibus fidelibus Chri-
stianis vivis, acque defunctis, ut mihi, &
illis proficiat ad salutem in vitam ater-
num. Et Feria 6. in Parasceve: Omnipo-
tens sempiterne Deus, qui salvas omnes,
& neminem, vis, perire, respice ad ani-
mas, &c. Et in Officio Defunct. Libera
animas omnium fidelium defunctorum de
paenitentiæ Inferni, & de profundo lacu. 2.
Deus omnes homines elevavit ad finem
supernaturalem vite æternæ, ut suo crea-
tori

tori inserviendo, fruerentur vita æternæ: Sed implicat Deum elevare, & ordinare homines ad vitam æternam, quin voluntate sòria, licet inefficaci, velit salutem omnium hominum: ergo. Mai. est certa. hac ratione diximus disp. 6. de lib. arb. sect. 2. Deum omnibus hominibus ratione utentibus dare auxilia sufficiencia ad salutem: 3. Ut constat ex Scriptura relata, Deus dat impijs sufficientiam ad conversionem, ut convertantur, & ad salutem, ut salvi fiant. Sed implicat, Deum dare media ex fine salutis, & quod non velit seriò, licet inefficaciter salutem: ergo.

29 4. Deus promittit omnibus salutem æternam sub conditione, quod decadant in gratia. Sed, ut diximus disp. 2. de Fide, sect. 6. promissiones Dei non solum affirmant animū promittendi; sed etiam animum, & voluntatem implendi: ergo Deus habet voluntatem conditionatam circa salutem omnium. Et quidem hanc voluntatem conditionatam tribuunt Deo. Hieronym. & Ambros. in 1. ad Thimot. 2. August. in Enchirid. cap. 104. Beda lib. 5. variar. question. q. 13. Anselm. in Matth. 6. ad illa. Finis voluntas sua. D. Tho. in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1.

Ideo

Ideò Chrysost. homil. i. in epist. ad Ephes. appellat voluntatem salvandi omnes homines : *Vehemens desiderium salutis.* Et Prosp. ad cap. Gallor. Qui dicit, quod non omnes homines, Deus vult, salvos fieri; sed certum numerum prædestinorum, durius loquitur, quam loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei. Hæc conclusio ex his mihi certa.

§.

30 Nihilominus apparet gravis ratio dubitandi i. Quia i. Reg. 16. interdicitur Samueli, rogare pro Saule, eò quod Deus abiecerit: *Visquequò, tu, luges Saul, cum ego proficerim eum?* Et Ieremias 7. interdicitur orare pro Populo: *Tu, noli orare pro Populo hoc, & non obfistas mihi: quia non exaudiām te.* Div. August. tom. 5. lib. 12. de Civit. Dei, cap. 24. Si de aliquibus ita certa Ecclesia esset, ut, qui sunt illi, etiam noſſet, quod licet adhuc in hac vita ſunt constituti; tamen predestinati ſunt, in aeternum igneſtre cum diabolo; tamen pro eis non oraret, quam neque pro ipſo. Et Ioann. 17. Ne pro mundo rogo. Et Ioann. 5. Qui fecit, fratrem suum peccare, peccatum non ad-

mor-

mortem, petat, & dabitur ei vita peccantis non ad mortem. Est peccatum ad mortem? non pro illo dico, ut roget quis. Ideo Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 9. num. 13. dicit in oratione generali licere formaliter excludere reprobos; non materialiter, v. gr. Petrum, Paulum.

31 Et ratio est: quia imprudens est, desiderare, & conari quod cognoscitur, non futurum. Sed, si præcedit scientia Media de dissensu ad auxiliij collationem, Deus præscit, sub illo auxilio non futurum consensum: ergo vel non desiderat consensum sub illo auxilio, vel non præcedit scientia de dissensu. Probi mai. Quia nullus prudens faceret iter, & expensas ad habendam dignitatem, quā sciret, non obtenturum; Ideò diximus disp. 4. de Spe, sect. 2. quod ille, cui revelaretur sua damnatio, si iudicium sit insigno apto ad retrahendum, non posset sperare. Et August. lib. de Genes. ad lit. ait: *Primum Angelū non præsciūsse suū casum: quia non posset p̄severantiam sperare.* Idem docuit de correp. &c grat. cap. 13. de Primo homine: *Consentio Anselmus cap. 21. de casu diab. 2. In prudenter iudiceret quis, quod alius possit*

ne-

ne ret consentiū sine auxilio; quod aliis
impeditus iret Matritūm sine equo, rhe-
da, &c. Et non alia ratione, nisi quia sub
illis circunstantijs non erit finis, nec con-
sensus. Sed sub auxilio inefficaci certè
non erit consensus: ergo Deus nequit se-
riō velle, & desiderare consensum sub
auxilio, quod prævidet inefficax. 3. Quia
August. tom. 3. Enchir. cap. 25. & 27.
ait: *Multi salvi non sunt, non quia ipsi na-
lunt, sed quia Deus non vult: quod absque
ulla controversia manifestatur in parvulis.*
Et de dono persev. cap. 12. *Plerumque
festinamib[us] Parentib[us], & paratis Mi-
nistris, ut baptismus Parvulo datur; Deo-
ramen volente, non datur.* Et S. Remigius
lib. de tribus epist. ad verba Pauli: *Vult
omnes, &c. Qui omnia, quecumque voluit,
fecit, idèò hoc non faciat, quia noluit, non
quia non possit: quia sicut verè omnia, que
voluit, fecit, ita verè noluit, que non fe-
cit.* Et sancte Div. Thom. in 1. dist. 46.
quæst. 1. art. 1. ad 1. dicit, Augustinum
intelligere verba Pauli de sola voluntate
efficaci erga Prædestinatos. Etsi Au-
gust. tom. 7. de correp. & grat. cap. 14.
dicat, hæc verba: *Multis quidem modis
intelligi possent.* Hæc apparentiam ha-
bent; sed non idèò, desegenda sententia
• mi-

enihil, & alijs certa, & quam, iudico, de-
bere esse certam apud Catholicos : quia
facilius est, nostram imbecillitatem non
attingentem fines, neque principia Bo-
nitatis, Sapientiae, & Prudentiae Dei, non
plene percipere quomodo haec fiant,
quam non iudicare, quod haec fiant.

5.

31 Aldrete, & Ribaden. ille disp.
11. de prædest. sect. 3. hic disp. 6. cap.
3. dicunt, Deum serio velle salutem
omnium, quod facile componunt cum
scientia. Media inefficacia : quia dicunt,
scientiam Medium inefficacia non se ha-
bere in signo apto ad retrahendum.
Herrer. quest. 4. de prædest. sect. 2. &
P. Doct. Vincentius Ramirez disp. 4.
cap. 2. difficultatem componunt, distin-
guendo ex Ribad. disput. 6. cap. 3. in
Deo triplicem volitionem: aliam effica-
cem, quæ determinat, ad ponenda me-
dia, infallibiliter obreptura finem; &
duas volitiones inefficaces finis; alia,
quæ non determinat, ad ponenda me-
dia, adhuc inefficacia; alia, quam vo-
cant semiefficacem, quæ, quatenus est ex
parte Dei, ita vult salutem, ut non sit
per

per Deum, quod non obtineatur salus; sed solum ex parte creaturæ. Ideoque hæc voluntas semiefficax, seu media inter efficacem, & inefficacem, partem habet utramque: ex efficaci participat, quod ita fertur in consecrationem finis, ut nos sit per Deum; quod non obteinatur finis; sed determinet ad ponenda aliqua media apta, & sufficientia ad salutem; sed non ad ponenda media, quæ viderentur aptiora: Sic in nobis experimunt similiem voluntatem inefficacem respectu finis, quæ determinat, ad ponenda aliqua media, non nimis ardua, neque difficultate vero determinat, ad ponenda media nimis ardua; & difficultia; et si hec videantur aptiora, ideoque ex inefficaci participat, quod sit componibilis cum defectu finis. Iunio seet. i r. de prædest. cap. 3. dicit, Deum serio velle salutem omnium, etiam Reproborum, volitione inefficaci, & per hanec ipsam volitionem velle media, quæ prævidet inefficacia, sed utilia, & sufficientia ad finem. Addit, homines posse prudenter efficaciter desiderare ea, quæ sciunt, non esse eventura, modò id accidat, & dependeat ab eorum determinazione: hac ratione dicit, eum, qui sic est.

esse damnandum, posse prudenter sperare salutem, si revelatio sit de damnatione propter peccatum factum. Similiter dicit, nos posse prudenter, orare pro rebus, sive futuris, sive praeteritis, quantum decretum, prudenter presumamus, esse in nostra voluntate; et si nobis confitetur de proteritione, & de non futuritione; scilicet non posse sic orare, quando moraliter est cettum, decretum esse independentis a nostra oratione: presumimus autem, praeterita magis, quam futura, esse sic independentia; in dubio tamen possimur, orare efficaciter conditionate. Addit. num. 12. ex Arist. 3. Ethic. posse, etiam nos, velle inefficaciter, & forsitan prudenter, impossibilia, sub conditione, quod essent possibilia.

SECTIO IV.

*Propria sententia per stirias conclusiones
proponuntur.*

32. **S**I non esset adeo certum, ac diximus disp. 3. de libet. arb. sect. 1. Deum videre infinita auxilia indifferentia efficacia, & infinita inefficacia circa quamvis creaturam. For-

nam quis imaginaret, ideo stare cum ardenti desiderio Dei circa salutem, tot damnari: quia pro his non habebat in ultimo instanti auxilium indifferens efficax, sed quivis ex his erat creatura rebellis. Sed quia hoc est temerarium, aliter est discendum.

33. Sup. i. Recte posse dari in eodem subiecto volitionem inefficacem, cum nolitione efficaci eiusdem rei. Multa exempla affert Aldrete disp. ii. de prædest. sect. 3. 4. & 6. Sic mercator, proiiciens merces in mare, efficaciter vult, ejicere merces; & inefficaciter vult merces retinere. Sic Iudex valde prius efficaciter vult mortem rei, alias amici, & coniuncti, & inefficaciter vult eius vitam. Sic plures dicunt Matth. 26. *Patet, si possibile est ... Non mea voluntas, sed tua fiat.* Efficaciter volebat acceptare mortem; & inefficaciter nolebat mortem. De quo vide plures, & varias explicationes apud Aldrete sect. 4. Ratio est: quia sicut se habet apprehensio suava rei cum iudicio negativo rei, ita se habet volitio inefficax rei cum nolitione efficaci rei. Sed, iuxta omnes, possunt coiungi in eodem intellectu apprehensio suava rei cum iudicio negativo rei:

rei: ergo possunt coniungi in eodem subiecto volitio inefficax rei cum nolitione efficaci rei.

34 Sup. 2. Quamvis imprudens sit effectus ita tendens: *volo consensum, quamvis non erit*: quia affectus tendens in frustrationem medij, non est prudentia, tamen prudenter potest, quis placeat; & desiderare inefficaciter affectu sic tendente *vellem utinam fore*, & suadere existentiam rei, quae videtur non futura, desiderio non supponente essentialiter, nec ex se similem notitiam. Sic Superior prudenter suadet subditum, etsi videat, non profuturam suasionem: Deus, & Legislatores prudenter imponunt precepta complacentia, & desiderio generalis observationis, etsi videant, aliquem illa fracturum. Christus. Marth. 26. & Lucæ 22. prudenter oravit pro evitacione mortis, quam evitacionem, sciebat, non futuram. Marc. 7. *Ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit late-re.* Et certè hoc sciebat. Samuel 1. Reg. 16. Prudenter orabat pro Saule, etsi videbat non profuturam orationem. Et similiter orabat Ierem. 7. pro Populo. Si hæc ita sint, prudentius poterit intendere consensum, & salutem inefficaciter per-

medium, quod videt, futurum inefficax, si in signo potestatis, videat, se habere plura media efficacia: & nec in eo signo, nec in signo decreti medijs inefficacis videar, quod non erunt talia media. Et ita se habet Deus: quia si scientiae Medij directae sint eadem, sive distinctae, in signo potestatis ad conferendum auxilium inefficax habet scientiam Medium de infinitis medijs efficacibus: & nec pro eo signo, nec pro signo decreti auxilijs inefficacis scit, se non daturum, & nullum ex his medijs.

35. Sup. 3. Voluntatem, qua Deus vult conversionem, & salutem omnium hominum vocari à D. Ambros. & Paulino apud Ripal. disp. 23. contra Baium sect. 17. & Petavium tom. 3. lib. 10. cap. 3. efficacem, quantum in Deo est: quod non ita intelligendum est, ut sit omnino absolute efficax, explicat tamen seriam, & ardenter voluntatem Dei. Et Cardinalis Sfrondatus in prædest. nodo, par. 1. §. 1. eam vocat absolutissimam, & efficacem.

36. Sup. 4. Contra Iansenium. Christum pro omnibus mortuum est: & pro omnibus orasse, ex Paulo ad Roman. *Qui proprio filio suo non pepercit; sed pro nobis*

nobis omnibus tradidie illum. Nota omni-
bus. 2.ad Corinth. 5. Pro omnibus mortuus
est Christus: ut qui vivunt, non sibi vivant,
sed de i, qui pro omnibus mortuus est. 1.ad
Timoth. 2. Qui dedit redempcionem se ip-
sum pro omnibus. 1.Ioannes 2. Ipse est
propitacio pro peccatis nostris, non pro no-
stris auctoritatibus; sed etiam pro peccatis
mundi. Ideo Trident. contra Calvinum,
sess. 6. cap. 3. defecit, quod Christus pro
omnibus mortuus est.

37. Idem constat, ex SS. PP. Epiphani.
hate si 3. 5. Pro rato quidem mundo
se obculit. Christof. homil. 4. in 2. ad He-
breos. Non pro fidelibus tantum, sed pro
quivero mundo: ipse enim pro omnibus
mortuus est. August. serm. 4. de Sanctis:
Quando Christus in Cruce pendens orabat,
ridebat, & previdebat omnes inimicos
sed multos ex illis facturos amicos, prævi-
debat, & ideo omnibus veniam postula-
bit. Et lib. 2. de Symbolo: Videte vulnera,
quæ inflixisti, agnoscere lacus, quod pupu-
gisti, & quod per nos, & propter nos,
appertum est; nec tamen intrare voluisti.
Et in Psalm. 95. Totum iudicare habet,
quia pro rato sanguinem dedit. Leo Papa
serm. 1. de Nativ. Sicut nullum à reatu li-
berum reperit, ita liberandis omnibus ve-
nit.

vit. Ideò subscriptur imagini Christi Crucifigendi hoc dictum Chrysostomi. *Vnusquisque nostrum, non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum solum mori- turus venisset; neque enim recusatus erat, vel propter unum hominem, mori: adeò singulum quemque hominem pari charita- ris modo, quo diligit mundum universum.* Ideò D. Thom. ad Rom. 5. addit. *Sanguinem Christi fuisse pro omnibus, & pro multis: quia si consideretur sufficientia, ipse est propitiatio pro peccatis totius mun- di; sed, si consideretur efficacia, effectum non habet, nisi in his, qui salvantur; & hoc ex eorum culpa:*

38 Hinc dico. Deum seriò velle salutem omnium, etiam dum confertur auxilium inefficax: quia hæc collatio ori- tur non solum ex complacentia, neque ex solo affectu inefficaci sic explicabili vellem; sed ex ardenti desiderio salutis: & ex voluntate non omnino efficaci; sed semiefficaci, & media inter inefficacem, & efficacem, qua ita vult conversionem, & salutem hominum per ea media, ut non stet per Deum, sed per hominem, quod non consequatur conversionem, & salutem per illa media, & ex intentione, qua efficaciter conditionatè vult salu- tem

tem omnium. Conclusio plures habet partes seorsim probandas , & homines , qui sic desiderarent finem optatum, iure dicerentur , serio desiderare finem.

39 Et in primis , quòd collatio auxiliij inefficacis oriatur ex complacencia , & affectu inefficaci explicabili per hæc verba: *vellere conversionem, & salutem Petri*, v. gr. videtur notum : quia, ut minimaūm, id probant verba ad Rom. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, &c. Et 1. ad Timoth. 2. Qui vult omnes homines. Et Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Et quod canit Eccles. in Sabbato Sancto: O ineffabilis dilectio Charitatis , ut servum redimeres, filium tradidisti. Et Symbolum: Qui propter nos homines , & propter nostram salutem descendit de Cœlis.

40 Dico 2. Collatio auxiliij inefficacis oritur ex desiderio tali nostræ salutis, ut verè, & propriè dici possit ardens desiderium, & sitis nostræ salutis. Prob. Non minus desiderat Deus nostram salutem, quam Christus eam desideravit. Sed Christus ardenter desideravit omnium salutem : ergo Deus ardenter desiderat omnium salutem. Prob. min. ex Bernardo

do de Passione, cap. 13. Desiderium ardentissimum salutis nostra ipsam, credimus, fuisse. D. Thom. in 19. Ioann. lect. 3. Per hoc, quod dicitur. sicut, ostenditur eius ardens desiderium de salute generis humani... vehementer autem desiderium, consuevamus, exprimere per seipm. Confirm. Qui desiderat hominum salutem affectu simili, ac habent homines, qui dicuntur, aliquid ardenter desiderare, licet non absolute efficaciter, verè, & propriè dicitur, ardenter desiderare salutem. Sed Deus desiderat hominum salutem affectu simili, ac homines, qui dicuntur aliquid ardenter desiderare, licet non absolute efficaciter: ergo. Prob. min. Mercator ardenter desiderat, licet non efficaciter, retinere merces tempore naufragij. Index valde plus ardenter desiderat vitam Rei, alias Amicā, & coniuncti quem, quasi invitus, damnat ad mortem. Sed hoc modo vult Deus salutem omnium: quia his exemplis uititur D. Thom. in explicatione 1. ad Timoth. 2. lect. ergo. Confirm. 2. Qui ponit media in ordine ad salutem, qualia ponunt, immò qualia nec ponunt homines, qui dicuntur, ardenter desiderare aliquid, iure dicitur, ardenter desiderare omnium salutem. Sed Deus in

in ordine ad salutem omnium ponit me-
dia, quae ponunt, immo qualia nec po-
nunt homines, qui ardenter dicuntur, de-
siderare aliquid: ergo. Proh min. Deus
in ordine ad salutem omnium de dit Fi-
lium: non pepercit filio: et servum redi-
meret, Filium tradidit: utitur tot exhorta-
tionibus, consilijs, praeceptis: iam elar-
gitur felicitates: iam tribuit dolores, &
vexationes; precipit, Ecclesiam orare
pro salute omnium, &c. Sed homines, qui
dicuntur ardenter desiderare aliquid, nec
ponunt similia media, ad illud conse-
quendum: ergo. Ideò bene Prosper
lib. 2. de vocat. gent. cap. 23. Si vè igitur
novissima contemplatur secula, seu pri-
ma, seu media, rationabiliter, & propriè
creditur, omnes homines salvos fieri, Deum
velle, semperque voluisse. Et cap. 28. Fit
manifestura, quod manifestis, atque innu-
meris modis omnes homines, vult Deus,
salvos fieri; sed qui veniunt, suo auxilio di-
riguntur; qui non veniunt, sua persinac ia-
reluctantur.

41 Dico 3. Deus vult salutem
omnium voluntate efficaci subiectivè
absoluta, & obiectivè conditionata, si
decesserint in gratia, & vi cuius, si per ho-
mines non steterit, omnibus dabit salu-
tem:

tem : ideoque hæc voluntas inferet, quod, si per homines non steterit, datur voluntas absoluta efficax de eorum salute. Prob. Deus in Script. sapè promittit omnibus salutem æternam, si decedant in gratia. Sed promissio Dei non solum affirmat animam promittere, & se obligandi ; sed etiam animum implendi : ergo Deus habet voluntatem efficacem subiectivè absolutam, & obiectivè conditionatam de salute omnium, si decedant in gratia. Min. constat ex dictis disp. 1. de fide, sect. 6. vbi diximus sufficere pro authoritate, ad credendum futuritionem rei promissa, veritatem, & sapientiam, eo quod promissio in Deo affirmet animum implendi. Confirm. De fide est, quod, si Petrus decedat in gratia salvabitur, & sic de Paulo, & alijs. Sed verisimile est, hanc revelationem fundari in volitione efficaci subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata de salute omnium, si decedant in gratia : ergo. Prob. min. Hanc volitionem efficacem conditionatam de salute omnium, si decedant in gratia in primis concedunt communiter Thomistæ, dicentes, Deum cognoscere veritates conditionatas in decreto subiectivè absoluto, & obiectivè

cont.

conditionato. Et loquendo de praesenti voluntate, ita eam vocat Palanco disp. 6. quæst. 11. num. 78. & D. Thom. in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1. ad 2. dicendum, quod, voluntas antecedens potest dici conditionata. Deinde, circa saltem omnitem, concedunt hanc volitionem conditionatam Hieronym. & Ambros. in 1. ad Timoth. 2. & Div. Thom. ibi. August. Enchir. cap. 104. Beda lib. variar. quæstion. quæst. 13. Anselm. in Matth. 6. ad illa: *Fiat voluntas tua.* Et D. Thom. in 1. dist. 46. art. 1. & 1. part. quæst. 19. art. 6. ad 1. loquendo cum Damasc. de volunt. antecedenti, quam, dicit, posse vocari conditionatam: ergo verisimile est, hanc revelationem fundari in voluntate subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata.

42. *Confirm.* 1. Iudicium regulatum spei, quod debet esse certum, ut potè redundans effectivè certitudinem in spe, iuxta communem sententiam, consistit in hoc iudicio: *Si per me non steterit, consequar salutem*, ut diximus disp. 3. de Spei, sect. 3. Sed verisimile est, quod veritas huius iudicij sumidetur in volitione efficaci subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata de salute

omn.

omnium, ex modo dictis: ergo. Cor-
firm. 3. Trident. sess. 6. cap. 3. dicit:
Deus enim, nisi ipsi illius gratiae defuerint,
sicue et per bonum opus, ipse perficiet. Sed
verisimile est, hanc definitionem funda-
ri in voluntate efficaci substantivè abso-
luta, & obiectivè conditionata de salu-
te omnium, propter dicta: ergo datur
hac voluntas.

43. Dico 4. Deus habet volunta-
tem *semiefficacem*, seu medium inter effi-
caciem & inefficaciem de salute omnium.
Prob. Qui ita ardentiter desiderat salutem
omniū, ut ponat plura media, quam fo-
lent ponere homines, qui ardenter ali-
quid desiderant. Et qui ita viriliter salutem
omnium, ut habeat voluntatem efficaci-
cem conditionataē de salute omnium,
& talem voluntatem circa salutem om-
niū, ut, si per nos non steterit, conse-
quentur salutem; & qui habet volunta-
tem circa salutem omnium, quam Am-
broz & Paulinus vocant *efficacem* qua-
rum in Deo est. Hic sanè habet volunta-
tem *semiefficiēntiam* salutis, seu medium
inter efficaciem, & inefficaciem sed Deus,
ex dictis, habet eiusmodi voluntatem
circa salutem omnium: ergo. Prob. mai.
Voluntas semiefficax, seu *media* inter vo-
lun-

luntatem efficacem, & inefficacem, est, quæ partim habet de voluntate efficaci, & partim habet de voluntate inefficaci. Sed eiusmodi est hæc voluntas: ergo. Prob. min. Hæc voluntas habet de voluntate efficaci, ardenter tendere in finem, & ponere plura media, & ardua, ad consequendum finem, quod non habet omnis voluntas inefficax; immo frequenter raro habet voluntas inefficax. Deinde habet de voluntate inefficaci, esse componibilem cum defectu finis: ergo.

SECTIO V.

Solvantur Argumenta.

44. **O** interdicitur Samueli, rogare pro Saute: *Vfquequò in lugē Saute, cū ego proiecerim eum.* Et Ieremias interdicitur, orare pro Populo: *Tu noli orare pro Populo hoc;* *& non obſtitus mali: quia non exaudiām te.* Et Ioann. 10. *Nemo rapiet oves meas de manu mea.* 17. *Non promando rego.* Et Ioann. 5. *Qui fecit, frater suum peccare peccatum non ad mortem, peccat,* *& dabit ut ei vita peccantis non ad mortem.* *Eft peccatum id*

mortem? non pro illo, dico, ut roget quis.
 August. tom. 5. lib. 12. de Civit. Dei,
 cap. 24. *Si de aliquibus ita certa Eccle-*
sia esset, &c. ut supr. & tom. 7. de cor-
rep. & grat. cap. 14. ad ea: Vult omnes,
ait, ut sensus sit, nullum hominem fieri
salvum, nisi quem salvum fieri, velit, non
quod nullus sit hominum, nisi quem, velit,
salvari. Et epist. 2. ad Evodium: *Non*
perit unus ex his, pro quibus Christus mor-
tus est. Ideò Suarez tom. 2. de Relig.
 lib. 1. cap. 9. num. 13. dicit, in oratio-
 ne generali licere *formaliter*, excludere
 reprobos, non *materialiter*, v. gr. Pe-
 trum, Paulum.

45 Resp. Deum advertere Samue-
 lem, non rogare efficaciter pro Saule ex
 duplice capite: quia Samuel fortè dubi-
 tabat: an abiectionis Saulis esset tantum
 comminatoria: ideoque cum hac dubi-
 tatione sanctè, & prudenter orare, pote-
 rat, efficaciter pro Saule. Similiter nes-
 ciebat Samuel: an abiectionis, vel non ab-
 iectionis Saulis, & horum decretum pen-
 deret ab orationibus Samuelis, & cum
 iuxta plures, ut vidimus disp. 4. de Spe,
 num. 54. possit quis prudenter, & effi-
 caciter desiderare, quod, scit, non even-
 turum, si eventus, & non eventus pen-
 deat

deat ex eius voluntate: immo, sicut alios possit, id prudenter sperare. Hac sententia duciis, poterat Samuel efficaciter orare pro non abiectione Saulis. Et quasi dicit Deus: non sic ores: quia non sic potes orare: quia meum decreui non solam est comminatio mea, sed absoluimus, & quia absolutum, et si esset dependens a tuis orationibus, iam cum hac notitia non potes, prudenter efficaciter orare, nec efficaciter desiderare non abiectionem Saulis, ut diximus disp. 4. de Spe, fest. 4. & in eodem sensu explicatus est Ierem. & loca Ioan. Non vero interdicit Deus, ne ore nt inefficaciter pro Saule, pro Populo, pro Mundo: quia potius vult, quod pro his erit. ad Timoth. 2. Inquit Chrysost. homil. 7. Invitare Deum, si omnes, ille pulsos salvos fieri, pro omnibus operari, ostendre: illius concordia voluntate. Ex quo sequitur, quod possimus, prudenter inefficaciter desiderare + vitationem, per causas quae scimus, futuram; etiam si sit peccatum aleius, modo prudenter permissus manus, non existentiam peccati penderet a nostris orationibus. 3. 46. Alii vero possimus orare pro memoracione dei preteritorum, si prudenter pro-

sumimus, decretum rei præteritæ esse de-
pendens à nostris orationibus. Negat.
Herrer. quæst. 4. num. 16. iudicans, in
præsenti providentia solas orationes
Christi, & Beatif. Virg. habere privile-
giū, se extendendi ad præterita. Affirmat
Izq. disp. 42. num. 137. Si petamus,
præscindendo à præteritione, Iunio sect.
21. cap. 3. num. 8. Hoc videtur verius:
quia tam antiquum est, & tam æternum
decretum, non vitandi peccatum futu-
rum, quam decretum, non vitandi pec-
catum præteritum. Sed cum notitia de-
creti de non vitatione peccati futuri,
possimus orare inefficaciter pro vitatio-
ne decreti, & peccati futuri, quando præ-
sumimus, vitationem pendere à nostris
orationibus: ergo eadem ratione possu-
mus orare pro vitatione rei præteritæ,
dum prudenter præsumi potest, vitatio-
niem pendere ex nostris orationibus. Id
etiam videtur constare ex praxi Eccle-
siæ, ubi in Officio Defunct. dicit: *Libe-*
ra animas orantium fidelium, &c. Et in Ca-
nione Missæ: *Et in electorum tuorum in-*
beas grege numerari. Et in alia orationes
Beatæ prædestinationis liber adscriptæ re-
tineat. Et August. relatus à Div. Thom.
4. part. quæst. 19. art. 13. *Nullus sic*
sab-

falso, nisi quem, Deus vult; id est orandum est, ut velit. Et haec omnia decreta Dei sunt aeterna. Verum est, quod prudenter presumimus, magis decreta de praeteritis, quam de futuris, esse independentia a nostris orationibus.

47 August. de Civit. Dei agebat contra errorem quorundam, qui dicebantur Chiliastræ, & cooperunt tempore S. Ioannis, qui dicebant, poenas inferni, sicut, & gloriam, duraturas esse per mille annos, qui error etiam tribuitur. Origini ad annum 220. apud Epiphanius, heresi 64. id est que hi, & alij decipi, rogabant, ut damnati quam cito liberarentur a penit: cōtra quos agebat August. in hoc loco, dicens, Ecclesiam nullatenus oraturam, ut liberarentur a penit: in sensu composito scientia, & decreti de damnatione, seu Ecclesiam non oraturam, ut citius liberarentur a penit: quia in inferno nulla est redemptio; non vero vetat August. bratre inefficaciter pro impeditione decreti de damnatione: quia non vetat, quod tenet Ecclesia ab Spiritu Sancto; ipso August. & alijs Patribus docta. Secunda verba Augustini, sicut & alii Ioannis, intelligenda sunt: de voluntate efficaci

Salutis: id est, non vult voluntate efficaci, omnes salvari: si enim semel ita velit, nullus ex his peribit: & pro his solum similiter mortuus est Christus efficaciter, & quoad efficaciam; pro omnibus tamen mortuus est, quoad sufficietiam, & pro omnibus roget ardenter, licet inefficaciter, ut supra vidimus.

48. Obij. 2. Imprudens est, desiderare, quod cognoscitur, non futurum. Sed si præcedit scientia Media de ineffacia, Deus scit, sub eo auxilio non futurum consensum: ergo non desiderat Deus consensum sub eo auxilio. Prob. mai. Quia nullus facheret prudenter iter, & expensas, ad obtainendam dignitatem, quam, sciret, non obtenturum. 2. Quia Aug. tom. 3. 11. de Genes. ad lit. cap. 17. & 18. dicit: *Primum Angelum non praecivisse suum casum: quia non posset, perseverantiam sperare.* Idem Anselm. supr. de primo homine, 3. Imprudenter suaderet quis, quod aliis poneret consensum sine auxilio? quod iret Matrem, ad eundem impeditus, & non alia ratione, nisi, quia sub eis circumstantijs non erit finis, nec consensus. Sed sub auxilio inefficac non erit consensus: ergo Deus nequit, desiderare, consensum sub auxilio inefficaci.

Resp.

49 Resp. Dist. mai. Imprudens est, desiderare efficaciter, quod agnoscitur, non futurum, conc. mai. desiderare inefficaciter, subdist. si desideretur, existentiam rei coniungi cum scientia, & decreto de non futuritione, conc. mai. si desiderare existentiam rei, sit desiderare, impediri scientiam, & decretum de non futuritione, nego mai. & conces. min. nego conseq. sub eisdem terminis. Ad prob. dist. Si scirerit, non obtenturum dignitatem per decretum independens à suo intentione, & expensis, conc. ant. si non obtenturus esset dignitatem unicè ex sua culpa, desidia, & malitia, nego antec. saltem loquendo de aliquibus expensis. Mitto ad hac, & sequentia, paritates hominum respectu Dei non valere: quia, ut diximus sup. 3. Deus in signo potestatis ad datum auxilium inefficax, scit, se habere infinita media, quæ forent efficacia, & nescit pro eo signo, nec pro signo decreti auxiliij inefficacis andaturus fit aliquid ex illis: quam scientiam non habent homines, dum ponunt medium, quod sciunt inefficax: ideoque admisso, quod homines imprudenter ponerent ea media, Deus non poneret imprudenter auxilium, & si homines possunt, pruden-

ter ponere aliqua media , quæ sciunt inefficacia , ex intentione finis , ut ea ponit Ecclesia : multò magis poterit Deus dare auxilium inefficax ex intentione consensus . *Ad 2.* Conces. ant. nego conseq. Disparitas est: quia , ut diximus disp. 4. de Spe , sect. 4. Spes uon. solùm est desiderium efficax , sed etiam habet certitudinem consecutionis rei , ibi explicationem : ideoque ad spem , saltem , requiriatur iudicium conditionatum de futuritione rei , si per me non stererit ; at verò ad desiderium inefficax sufficit iudicium de possibilitate rei ex Aristot. 3. Ethicor. &c. ut sit prudens , sufficit quæ sit de his rebus , quæ à nobis dependent , ut sèpè diximus . *Ad 3.* Conces. mai. quoad 1. par. nego quoad 2. quia ideo imprudenter suaderet , ea fieri ; non quia erant non futura ; sed quia non habebat potestatem antecedentem , ut fierent . Et conces. min. nego conseq. loquendo de desiderio inefficacia propter sèpè dicta .

50 . Obij. 3. Si possemus prudenter orare , licet inefficaciter , pro re non futura , & pro præterita pendente à nostris orationibus , possemus orare , ne damnetur Anti-Christus , ne Adamus peccaverit , ne Iudas perierit . Sed hoc est falso :

sum: ergo. 2. Quia si res non futura
 paret esse materia orationis, similiter
 paret esse materia voti, iuramenti, &
 præcepti. Sed hoc est falsum: ergo. 3.
 Tam necessarium est auxilium efficax ad
 consensum, quā mori in gratia ad salutē.
 Sed qui vult, mori in peccato, non vult
 seriō salutem: ergo qui vult auxilium in-
 efficax, non vult seriō consensum. Respi-
 negando aut. Quia communiter præsu-
 mitur, eiusmodi eventus, & eorum decre-
 ta esse independentia à nostris orationi-
 bus. Ad 2. Resp. Eam non esse mate-
 riā voti, nec iuramenti validi: quia non
 habet potestatem proximum, ea imple-
 di, quando in signo apto ad retrahendū
 habet iudicium certum de non futur-
 tione rei, ut diximus disp. 4. de Spē, sec. 4.
 Nec esset materia serijs, & prudentis
 præcepti in particulari: quia superior
 nequit prudenter præcipere in particula-
 ri, seu respectu subiecti singularis, quod,
 scit in signo apto ad retrahendū, non esse
 eventurum, & scit, subditum idem scire.
 Ad 3. Dist. mai. Tam, & diverso modo,
 conc. mai. Tani, & codēm modo, nego
 mai. & concess. min. nego conseq. Dis-
 paritas: quia auxilium sufficiens consti-
 tuat potestatem proximam, ut acquirat

tur efficacia necessaria, ut sit consensus; at vero mori in peccato, non constituit potestatem antecedentem, ut acquitatur salus; sed prius est impedimentum salutis.

5.1. Infistes, Carentia auxilij efficacis est impedimentum essentialiter incomponibile cum perseverantia finali. Sed Deus libere ponit carentiam auxilij efficacis: ergo quatenus est ex se impedit perseverantiam finalem, & non desiderat ardenter salutem sub auxilio inefficaci. Prob. min. Ille ponit carentiam auxilij efficacis, qui ponit auxilium, quod videt inefficax. Sed Deus ponit auxilium, quod videt inefficax: ergo. 2. Ille libere ponit carentiam auxilij efficacis, qui, cum possit dare auxilia efficacia, ea omittit. Sed ita se habet Deus: ergo. 3. Sicut impeditio peccati in ultimo instanti est necessaria ad salutem, ita est necessaria ad salutem impeditio auxilij coniungendi in ultimo instanti cum peccato. Sed propter primum qui peccat in ultimo instanti, non vult serio salutem: ergo Deus dans auxiliū in circumstantijs in quibus, videt, coniungendum cum peccato, non vult serio salutē.

5.2. Resp. Dist. mai. Carentia omnis auxilij efficacis est impedimentum, conc. mai. Carentia aliquorum auxilo-

rum

cum efficaciam præcisè , nego maior . & dist . min . Deus ponit parentiam aliquorum auxiliorum efficacium , conc . minor . parentiam omnis auxilij efficacis , nego min . & conseq . Ad prob . dist . mai . Ponit parentiam aliquorum auxiliorum ineffacium , conc . mai . ponit parentiam omnis auxilij efficacis , nego mai . & concef . min . nego conseq . Itaque , Deus liberè ponit parentiam eorum auxiliorum efficacium , quæ non dat , cum posset ; at vero creatura ponit parentiam auxilij efficacis , seu parentiam efficaciæ in auxilio , quod datur prævisum inefficax ; quia illud auxilium est indifferens ad efficaciam , & ineffaciam : Deus illud confert ex desiderio efficaci , hortatur , ut ponatur consensus ; & creatura ex sua malitia determinat parentiam consensus , & parentiam efficaciæ in eo auxilio . *Ad 2.* Dist . mai . Ponit parentiam aliquorum auxiliorum efficacium , conc . mai . ponit parentiam omnis auxilij efficacis , nego mai . & concef . min . in dicto sensu , nego conseq . Solutio constat ex immediate dictis . *Ad 3.* Dist . mai . Sicut , & diverso modo , conc . mai . sicut & eodem modo , nego mai . & concef . minor . nego conseq . Disparitas est ; quia dans auxilium . vi . sum

sum inefficax, dat sufficientiam ex se con-
ducentem ad salutem, quæ conducentia
ex sola malitia creature, non obtinet
suum finem; at verò peccans non ponit
conducentiam ad salutem; sed potius im-
pedimentum salutis.

§.

53. Obij. 4. Iuxta dicta. Talis,
tam ardens, & quatenus est ex parte Dei,
tam efficax est voluntas salutis omnium,
ut, si per homines non stererit, conse-
quentur salutem. Sed hoc est falsum: er-
go. Prob. min. Per Deum stat, quod
aliqui non consequantur salutem: ergo.
Prob. min. ex Augustini. tom. 3. Enchirid.
cap. 25. & 27. Multi salvi non sunt, non
quia ipsi nolunt; sed quia Deus non vult;
quod absque illa controversia manifestatur
in Parvulis. Et de dono per lev. cap. 12.
Plerumque festinantibus parentibus, &
patribus Ministris, ut baptissimus Parvulo de-
tur, Deo tamen volente, non datur. Et S.
Remig. lib. de tribus epist ad illa vult
omnes, Eccl. ait: Qui omnia quecumque vo-
luit, fecit; idèo hoc non faciat, quia noluit;
non, quia non possit; quia sicut vere omnia;
que voluit, fecit, ita vere noluit, que nos
fecit.

fecit. Et D. Thom. in 1. dist. 46. quarto
1. art. 1. ad 1. dicit: *Augustinum intel-
ligere verba Pauli de sola voluntate effi-
caci erga predestinatos.*

54 *Confirm.* Deus non vult, salvos
fieri, & pro illis non mortuus est Chri-
stus, qui nullam influentiam recipiunt
ex tali voluntate, & morte Christi. Sed
Parvuli decedentes in utero sine baptis-
mo, & Parvuli nati relati ab Augustinu-
mmodi: ergo Deus non vult, eos sal-
vos fieri, nec pro illis mortuus est Chri-
stus. 2. Non est voluntas ardens salu-
tis, voluntas omnino inefficax. Sed vo-
luntas respectu Parvulorum, sic dece-
dentiuni, est omnino inefficax: ergo.

55 Ob hæc Cardinalis Sfrondatus
in nodo prædestinationis, part. 1. §. 1.
num. 3. sequutus alios, dicit, quod ver-
ba Pauli intelligenda sunt de adultis;
non vero de infantibus decedentibus
ante baptismum. Et addit num. 2 3. hos
parvulos non posse conqueri de Deo:
quia, licet non dederit eis gloriam, mag-
num fecit beneficium, eos rapiendo, ne
malitia mutaret intellectum eorum.

56 Nihilominus verius existimatio,
verba Pauli de omnibus loqui. Disp. 6.
de lib. arb. sect. 2. pro viribus proba-

venus, Deum dare omnibus adultis Christianis, & Gentilibus, sufficientiam ad salutem. Nunc similiter dico cum Ribaden. idem leviter insinuante disp. 6. cap. 4. Palaaco disp. 6. quæst. 11. num. 48. Deum velle salutem omnium, etiam infantium, decedentium sine baptismo, & Christum pro omnibus mortuum esse. Id clare dicere, videtur Trident. sess. 6. cap. 3. Pro omnibus mortuis est non tamen omnes beneficium mortis eius recipiunt; sed hi dumtaxat, quibus meritum Passionis eius communicatur. Ex Concil. Cesariensi anno 846. cap. 4. Sicut nullus homo est, fuit, vel erit, cuius in illo natura assumpta non fuerit; ita nullus est, fuit, vel erit homo, pro quo passus non fuerit; licet non omnes Passionis eius mysterio redimantur. Ex Ignatio Mart. epist. 6. ad Philadel. Amatorum omnium esse Deum nostrum; Et velle, omnes homines salvos fieri. Epiph. hæresi 55. Pro toto mundo se obtulit. Chrysost. homil. 4. in cap. 2. epist. ad Hebreos: Non pro Fidelibus tantum, sed pro universo mundo; ipse enim pro omnibus mortuus est. Ambros. serm. in Psal. 118. Mysticus Sol ille iustitie omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est.

est. Ideo ad Rom. 5. Qui proprio Filio suo non pepercis; sed pro nobis omnibus eradicavit illum. Et Ecclesia canit: omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, & nisi nem, vis, perire, &c. Vides alia ex Leone, Prosper. & alijs Sanctis supra.

57. Suadetur. Deus vult, salvos fieri, pro quibus pretio sui Sanguinis instituit Sacramenta salutis. Sed Deus pro Infantibus instituit Sacramentum Baptismi: ergo etiam vult, infantes salvos fieri. 2. Deus vult, salvos fieri, omnes illulos, respectu quorum datur effectus illius voluntatis antecedentis: Qui sunt omnes homines. Sed respectu Infantium, etiam decedentium sine baptismo, datus effectus illius voluntatis antecedentis, ergo. Prob. min. Iuxta D. Thos. est. Etus illius voluntatis antecedentis: sive omnia praeuentia in salutem, sive naturalia, quam gratuitia, sicut potentiae naturales. Sed infantes decedentes sine baptismo accipiunt vitam, & potentias naturales: ergo. 3. Medicus, qui displiceret remedium mirabile pro sananda omnibus, mitteret Ministros, & procuraret, quod omnibus adhiberetur remedium, sine dubio discrepare velle.

omn.

Omnes sanare, licet per accidens ex defectu Ministrorum, vel ex alio impedimento naturali non applicaretur remedium. Sed Christus instituit Sacramentum Baptismi, mittit Ministros, qui omnes baptizent, præcipit Parentibus, quod valde current, ne decedant sine baptismo, quod caveant, ne moriantur in utero, ne priventur tali remedio: ergo serio vult salutem infantium, etiam decentium sine baptismo.


58 Quod verò Deus non velit effaciter, omnes salvari, & sàpè aliqui Infantes decedant sine baptismo, etiam dum videtur, fieri diligentias: credidimus, hoc evenire, vel in pœnam peccati originalis, ut contracti: quia, ut diximus disp. 6. de Incarnat. sect. 3. Christus decretus est in natura humana post visionem peccati originalis, ut imminentis posteris; non post visionem peccati, ut contracti. Vel si hoc non videatur sufficiens; verisimile est, id evenire ex abuso alicuius arbitrij creati, ex aliquo defectu veniali Parentum in conceptione commissi, vel ex similibusabusibus.

59 Unde August. benignè interpretandus est, sumpto ly: *Deo volente,*

&

& , Deinde ~~negatiū~~, ^{negativē}, quatenus non vult efficaciter , eos baptizari : & quatenus in penitentiam peccati originalis contracti, vel defectum moralium Parentum, permittit, causas naturales ita disponi, ut moriantur sine baptismō, Si-
cut ob similes fines permittit , plures
adultos peccare in ultimo ^{AD}
et in mortuis infante. sib. p. 12. 12
quod si super aliud peccatum a deo
naturam, omisit illa causa certe
aliam invisa, et invicta. 12

et in oblatione



1. In die, quando dicitur, quod
venit dominus antichristus. Intercessio
est. In die misericordie misericordia
est. In die gloria gloria est. In die
gloriæ, et dignitatis eius, et in die nobilitatis eius
est. In die regni eius, et in die dei eius
est. In die glorie eius, et in die exaltacionis eius
est. DIS-

-C.

DISPUTATIO IV.

VTRUM DECRETUM COLLATI-
tivum auxiliorum, connexum cum con-
sensu, sit componibile cum liber-
tate consensus?

CUM PROVIDENTIA, ULTRA-
scientiam, dicat præparationem medio-
rum; una ex præcipuis questionibus,
qua in hoc tractatu solent, evolvi-
est decretum collativum auxi-
liorum; ideo de ea
agenus.

SECTIO I.

Vtrum decretum unice collativum auxi-
liorum, connexum cum consensu, sit
componibile cum libertate
consensus?

Sup. i. Certum esse, ad exi-
 stentiam dissensus esse ne-
 cessarium decretum colla-
 tivum auxilij compatibile
 cum dissensu, ita, ut dissensus nequeat
 existere sub auxilio, quin detur tale de-
 cretum. Difficultas est: an possit dari
 po-

potestas proxima libera ad dissensum sub auxilio, quin detur decretum collativum auxilij compatibile cum dissensu?

2. Sup. 2. Principium remotum, connexum cum consensu, esse componibile cum libertate ad dissensum, si sit auferibile per dissensum, ut diximus dis-put. 4: de lib. arb. sect. 2. quia si prin-cipium remotum, connexum eum con-sensu, est auferibile per dissensum, relin-quit potestatem proximam expeditam ad dissensum. Sed, si relinquit potesta-tum proximam expeditam ad dissensum, est componibile cum libertate ad dis-sensum: ergo. Mai. est certa: alias non esset auferibile per dissensum. 2. Eate-nus eiusmodi decretum non esset com-ponibile cum libertate ad dissensum: quia decretum existens pro priori, con-nexum cum consensu, est impedimen-tum dissensus. Sed, si sit impedibile per dissensum, ponendo dissensum, potest facere, quod non existat pro priori tale' impedimentum: ergo, si sit auferibile per dissensum, est componibile cum li-beritate ad dissensum.

3. Sup. 3. Quod, si decretum col-lativum auxilij, connexum cum consen-su, conjungatur cum alio decretu colla-tivo.

ivo indifferenti, & compatibili cum dissensu, est componibile cum libertate ad dissensum: quia in eo casu non esset fundamentum, ut auferret libertatem ad consensum: ideo questio procedit, quando auxilium unicè datur per decretum connexum cum consensu.

4 An verò decretum collativum auxilij, connexum cum consensu sit contingibile cum alio decreto collativo indifferenti, potest esse dubium. Negat Herize disp. 7. cap. 5. & 23. cap. 14. Muniesa disp. 3. sect. 7. Affirmant communiter Nostri: ideoque dicunt, eiusmodi decretum connexum cum consensu non auferre formaliter libertatem ad consensum: quia cum sit in signo remoto, non excludit formaliter ullum è constitutivis potestatis proximæ indifferantis ad consensum, neque illativè: quia non infert carentiam decreti collativi indifferantis, nec ullius constitutivi libertatis.

5 His suppositis. Herize suprà, Aldrete disp. 22. de Incarn. sect. 9. Ribaden. disp. 2. cap. 1. Thyrso tom. 2. disput. 12. à sect. 2. dicunt, decretum connexum, unicè collativum auxilij, non esse componibile cum libertate ad dissensum.

frmr. Izquier. disp. 38. quæst. 1. Quiròs
disp. 7. 8. & 9. Herrer. quæst. 3. sect. 23.
dicunt, tale decretum non aufert liberta-
tatem. Muniesa disp. 3. sect. 5. Aranda
disp. 32. de Deo, sect. 3. P. Doct. Vin-
centius Ramirez disp. 11. Idemque te-
net Junius. sect. 12. cap. 3. dummodo
decreturnon sit intentivum consensus;
sed connexio proveniat ipsi atiunde,
tempè, vel quia sit intrinseca causalís,
scilicet, sic tendens: *decerno auxilium*:
quia est efficax: vel quia dependeat ef-
ficialiter à scientia efficaciæ, v. gr. si
sic tenderat: *decerno auxilium*, quod pra-
video efficax.

6.

Dico cum Communi No-
strorum sentent. Decretum unice col-
lativum auxiliij connexum cum con-
sensu, non aufert libertatem ad con-
sensum. Prob. Decretum connexum cum
consensu, & carentia decreti compati-
bilis, nec formaliter, nec illative oppo-
mittuntur cum libertate ergo, stante decre-
to conexo, & carentia decreti compati-
bili, stat libertas. Prob. antec. quoad
2. part. In primis decretum connexum

non opponitur formaliter cum libertate: alias, dato decreto connexo, etiam simul cum compatibile, non daretur libertas. Item. Quod est extra potestatem proximam, non opponitur formaliter, cum libertate, quæ est potentia proxima. Sed decretum connexum, utpotè remotè se habens ad consensum, est extra potestatem proximam ad consensum: ergo non opponitur formaliter cum libertate, & consensu. Probatur iam, quòd carentia decreti compatibilis non opponatur formaliter cum libertate ad consensum. Carentia decreti compatibilis: solum opponitur formaliter cum decreto compatibili. Sed decretum compatible non constituit libertatem: ergo. Minor est vera in communi nostrorum sententia: quia decretum collativum compatible remotè se habet ad exercitium libertatis: ideoque non constituir, sed est extra libertatem.

7. Quòd verò hoc complexum: decretum connexum cum consensu: carentia decreti compatibilis, non opponatur illativè libertati. Probatur. Opponi illativè cum libertate, est, inferre defectum alicuius constitutivi libertatis. Sed hoc complexum non inferre defactum ullius

con-

Constitutivi libertatis: ergo Min. videtur vera: quia non est assignabile constitutivum libertatis, cuius defectum inferat hoc complexum. *Confirm.* Dato complexo ex decreto connexo cum consensu, & exercititia decreti compatibilis, dantur omnia constitutiva libertatis: ergo hoc complexum, nec formaliter, nec illative auferet libertatem. *Prob. antec.* Ideò cum prædefinitione ad consensum dantur omnia constitutiva libertatis, in communione nostrorum sententias: quia prædefinitionem remota se habet ad consensum. Sed decretum collativum connectum, remota se habet ad consensum: ergo cum decreto collativo connexo dantur omnia constitutiva libertatis. Deinde cum carentia decreti collativi indifferentis dantur omnia constitutiva libertatis propter eamdem rationem: quia remota se habet ad exercitium libertatis: ergo cum complexo ex decreto collativo connexo, & carentia decreti compatibilis, dantur omnia constitutiva libertatis.

Prob. 2. Eatenus complexum ex decreto connexo, & carentia decreti compatibilis auferret libertatem, quatenus esset ~~ante~~cedens connexum cum

consensu iniimpedibile per dissensum. Sed licet sit connexum, est impedibile per dissensum: ergo. Prob. min. In primis decretum connexum non est cur non sit impedibile, iuxta nostros communiter dicentes, prædefinitionem, & scientiam Medium de consensu esse impeditibiles per dissensum. Deinde carentia decreti compatibilis est impedibilis, & eius contradictorium, scilicet, decretum compatibile, est acquiribile per dissensum. Prob. Eatenuis decretum compatibile non esset acquiribile per dissensum: quia debet præcedere remotè ad dissensum. Sed hoc non obstat, ut sit acquiribile per dissensum: ergo. Prob. min. Scientia Media dissensus debet præcedere remotè ad dissensum, & est adquiribilis per dissensum, ut latè diximus disp. 12. de scient. ergo licet decretum compatibile præcedat remotè ad dissensum, potest esse acquiribile per dissensum. Confirm. Eatenuis non esset acquiribile per dissensum: quia est exercitium libertatis divinæ. Sed hoc non obstat, ut sit acquiribile per dissensum: ergo. Prob. min. Decretum compatibile esse acquiribile per dissensum, est, dissensum inferre, seu esse conexum cum eo, quod sit datum auxilium.

per decretum compatibile. Sed dissensus infert, & est connexus cum eo, quod auxilium sit datum per decretum compatibile: ergo. Prob. mai. Ideò est acquiribilis scientia Media inefficaciz per dissensum: quia dissensus infert, & est connexus cum eo; quod auxilium sit datum sub scientia Media inefficaciz: ergo similiter.

¶ 9. Confirm. 2. Quamvis consensus sit exercitium liberum creaturæ Deus potest acquirere consensum, dando auxilium præsumum efficax: ergo, sicut decretum compatibile sit exercitium liberum Dei, operari potest acquirere decretum compatibile per dissensum. Prob. conseq. Idem primum est verum, quia Deus supposita scientia Media efficacia, libere ponit auxilium, constituens complexum connexum cum consensu. Sed creatura, supposito auxilio, libere ponit dissensum connexum cum eo, quod auxilium detinet per decretum compatibile cum dissensu. ergo. Confirm. 3. Sicut supposita scientia Media efficaciz, auxilium est purificatio conditionis; ita supposito auxilio, scientia inefficaciz est purificatio conditionis, sub qua existet decretum compatibile. Sed propter primum Deus, dando auxilium, supposita scientia Media effi-

efficaciæ, adquirit consensum, & si sit exercitium liberum creaturæ: ergo, quia, supposito auxilio, creatura liberè determinat scientiam inefficaciæ, creatura adquirit per dissensum decretum compatibile. Mai. est vera: quia hæc conditionalis est necessariæ veritatis: *Si existat auxilium sub scientia inefficaciæ, existet per decretum compatibile cum dissensu.*

Confirm 4. Hæc veritas conditionalis: *si auxilium esset efficax, illud conferrem, continet exercitium liberum Dei.* Sed creatura, supposito auxilio, potest adquirere hanc veritatem conditionalem, & scientiam id affirmantem, ut latè diximus disp. 13. de scient. sect. 2. ergo, licet decretum compatibile sit exercitium liberum Dei, poterit acquiri à creatura, supposito auxilio.

10 Dices: Carentiam decreti compatibleis auferre libertatem: quia, licet decretum compatible, in genere causæ, remotè se habeat ad dissensum; in genere conditionis, proximè præcedit, & prærequiritur ad dissensum, sed quod proximè præcedit ad dissensū, & est prærequisitum ad dissensum, nequit adquiri per dissensum: ergo. Resp. Nego mai. quia non est fundamentum, ut detur hic duplex

plex influxus decreto compatibili; alter remotus in genere causa, alter proximus in genere conditionis: quia tam necessarium est, quod precedat scientia media inefficacie, ut detur dissensus, quam, quod precedat decretum compatibile cum dissensu. Sed scientiae Medie in efficacia non datur hic duplex influxus; alter remotus per modum causa; alter proximus per modum conditionis: ergo similiter. 2. Esse conditionem, & esse causam moralem, sunt idem. Sed, per te, decretum in genere causa solùm habet influxum remotum: ergo in genere conditionis solùm habet influxum remotum.

SECTIO II.

Solvuntur obiectiones ex Ribadeneira.

Bij. I. Posito decreto unicè collativo, connexum consensu, voluntas non potest adiungere dissensum auxilio: ergo decretum unicè collativum, connexum cum consensu auctor libertatem, non per se precisiè; sed per carentiam decreti indiferentis, seu quia est unicum collativum.

Prob:

Prob. antec. Posito tali decreto, voluntas nequit adiungere dissensum auxilio, ut per nullum decretum dato: nec, ut dato per decretum connexum cum consensu, ut patet. Sed nec potest adiungere dissensum auxilio, ut dato per decretum compatibile: ergo. Prob. min. Decretum compatibile non datur. Sed nequit acquiri per dissensum: ergo. Prob. min.
 1. Dissensus tam prærequirit decretum compatibile, quam existentiam voluntatis. Sed existentia voluntatis nequit acquiri per dissensum: ergo nec decretum compatibile. 2. Decretum compatibile est decretum gratuitum gratiæ. Sed absurdum est, dicere, dissentientem per ipsum dissensum acquirere sibi decretum gratuitum gratiæ: ergo. 3. Gratia, & præcipue, prima gratia, est opus solius liberalitatis Dei, quæ nequit à nobis acquiri, & minus à peccante, & per ipsum peccatum. Sed si voluntas posset acquirere decretum compatibile per dissensum primæ gratiæ, posset acquirere priam gratiam, & eam acquirere per peccatum: ergo. Mai. est Augustin. lib. 83. question. q. 68. *Etsi quisquam sibi tribuit, quod venit vocatus, non potest sibi tribuere, quod vocans est.* Et lib. 1. ad Simplic. question.

quæst. 2. *Vi velimus, & suum esse voluit, & nostrum suum, vocando, nostrum, sequendo.* Prob. min. Qui potest adquirere causam totalem, & immediatam alicuius effectus, potest acquirere effectum. Sed creatura per peccatum potest acquirere decretum compatibile, quod est unica causa collativa primæ gratiæ: ergo per peccatum potest acquirere primam gratiam.

12 Resp. Neg. ant. Ad prob. conc. mai. nego min. Ad cuius prob. conc. mai. neg. min. Ad 1. prob. dist. mai. Dissensus tam, & diverso modo, præquirit decretum compatibile, ac voluntatem, conc. mai. tam, & eodem modo, nego mai. & conces. min. nego conseq. Disparitas est: quia voluntas prærequiritur immediate ad dissensum: & per dissensum nequit, acquiri prærequiritum immediatum ad dissensum, ut diximus disp. 2. de lib. arb. sect. 7. at vero decretum compatibile cum dissensu remotè prærequiritur ad dissensum, & quod remotè prærequiritur ad dissensum, potest adquiri per dissensum, ut ibi diximus sect. 2. & disp. 4. sect. 4. *Ad 2.* Conces. mai. dist. min. Absurdum est, quod creatura, non supposito auxilio, ac-

qui-

quirat sibi auxilium gratuitum gratiæ, præcipue per dissensum, conc. min. iam supposito auxilio, subdist. quod illud acquirat directe, & immediate, & determinate, conc. min. quod illud acquirat indirecte, vagè, mediate, & paulò plus, quam logice, nego min. & conseq. Et hoc secundo modo creatura, supposito auxilio, acquirit decretum compatibile per dissensum: quia ponit antecedens inferens, Deum liberaliter habuisse hoc, vel illud decretum coliativum auxiliij compatibile cum dissensu: vel decretum compatibile cum dissensu, connexum cum dissensu; vel decretum compatibile cum dissensu, & indifferens ad dissensum.

13. Ad 3. Conces. mai. nego min. vel eam distinguo, claritatis gratia. Si, non supposito auxilio, posset acquirere decretum compatibile, posset acquirere primam gratiam, conc. min. Si, iam supposito auxilio, posset acquirere decretum compatibile, nego min. & conseq. Ad prob. dist. mai. Qui potest acquirere directe unicam causam effectus, potest acquirere effectum, permitto mai, qui potest acquirere indirecte unicam causam effectus, subdist. Si effectus non

suppo-

Supponatur *acquisitus*, seu, si possit acquirere causam, non *supposito effectu*, permitto mai. Si *effectus* iam supponatur *acquisitus*, seu, si non possit acquirere causam, nisi, *supposito effectu*, nego mai. & distincta min. sub eisdem terminis, nego *conseq.* Quia voluntas, solum *supposita* iam prima gratia potest acquirere, & *indirecte*, & *vagè*, & *mediatè*, & paulò plus, quam *logicè*, unicam causam collativam gratiæ per peccatum: ideoque nequit acquirere sibi per peccatum primam gratiam. Quomodo quis posset in alia providentia mereri sibi de congruo, aut de condigno, primam gratiam, diximus disp. 6. de merito, sect. 3, & disp. 9. de Incarn, lect. 3.

14. Obij. 2. Nihil potest existere sine prærequisito, ut existat: ergo, existere omnia prærequisita immedata, infert existere omnia mediatæ, utpote prærequisita ad immedata. Et è contra, deficere aliquod mediatum, infert, deficere aliquod immediatum. Nunc sic. Deficiente solo decreto compasibili, solum deficit aliquod prærequisitum immediatum: cùm ipsum solum debiat; erit prærequisitum immediatum ad videlicet sum;

sum; si nullum deficit prærequisitum immediatum ad diffensum, nec deficit prærequisitum mediatum propter dicta.

15 Ad solutionem ingeniosè labrat Iunius. Dist. ant. Nihil potest existere sine prærequisito determinatè prærequisito, ut existat conc. ant. sine prærequisito vagè solùm prærequisito, nego ant. & dist. conseq. Existere omnia præquisita irnmediata, quæ sunt determinatè prærequisita, conc. conseq. quæ sunt vagè solùm prærequisita, nego conseq. & dist. ly è *contrā*; deficere prærequisitum mediatum determinatè prærequisitum ad immediatum, infert, deficere immediatum, conc. conseq. deficere aliquod prærequisitum mediatum vagè solùm prærequisitum ad immediatum, infert, deficere immediatum, nego conseq. Ad subsump. Deficiente solo decreto compatibili, nullum deficit prærequisitum immediatum ad diffensum; sed solùm deficit prærequisitum mediatum, quod solùm est vagè prærequisitum ad immediatum. Itaque. Nihil potest, existere sine prærequisito immediato ad ipsum, determinatè prærequisito; bene tamen potest aliquid existere sine prærequisito vagè solùm prærequisito. Sic

effe.

Effectus à quæ potens existere à causa immediata A, & à causa B, rectè potest existere quin existat causa A: & quia auxilium à quæ potest existere sub scientia efficacia, ac sub scientia inefficacia, existet auxilium, et si deficiat scientia inefficacia; cum ergo decretum de auxilio iam possit esse decretum compatibile cum dissensu; iam decretum incompatible cum dissensu; et si deficiat decretum compatibile cum dissensu, poterit existere auxilium: quia decretum compatible cum dissensu, non est determinatè prærequisitum ad auxilium; sed vagè, vel decretum compatibile, vel incompatible cum dissensu.

16 Obij. 3. Creatura per dissensum, neque potest determinare decretum compatibile, directè, neque indirectè: ergo nullo modo. Prob. antec. quoad 1. part. De ratione libertatis est, non solum determinari à se, sed non determinari ab alio directè, & positivè: ergo Deus non esset immediatè liber ad extrellum, si hoc à nobis determinaretur. Confirm. Creatura non determinat strictè, & directè decretum compatibile à posteriori: quia stricta determinatio, & à posteriori, sunt termini repugnantes:

tes: quia determinatio debet esse ratio priori rei determinande. Non à comitanti, ut modò suppono, non à priori, seu antecedenter: quia ut potè antecedens connexum cum positione decreti compatibilis, & immediatè antecedens, tolleret immediatam libertatem ad decretum. Deinde non potest indirectè determinare decretum, quod iam supponitur determinatum pro priori: sicut nulla res potest impedire, quod iam supponitur impeditum. In hac difficultate varia dicunt AA.

17 Herrera, & P. Doct. Vincent. Ramirez dicunt, creaturam per dissensum determinare positivè strictè, directè, & antecedenter decretum compatibile. Izquier. disp. 38. quæst. I. dicit, creaturam posse adquirere decretum compatibile: quia ponendo dissensum, purificat conditionem, sub qua verum est: si existat auxilium, existet per decretum compatibile, liberè ponendum à Deo, sed creatura non potest determinare decretum compatibile: quia sicut esset contra nostram libertatem, quod Deus determinaret ad nostros actus liberos, ita esset contra libertatem Dei, quod creatura determinaret cius decretum. Iunq.
fecit.

sect. 12. cap. 3. 5. & 8. latus est, sed ingeniosus in explicanda eiusmodi determinatione. Ex cuius doctrina.

18 Resp. conc. ant. quoad 1. part. dist. quoad 2.. Non potest determinare indirectè subiectivè decretum per dissensum, conc. ant. creatura non potest determinare obiectivè, vagè, & paulò plus, quam logicè, subdist. non potest determinare positivè, non supposito auxilio, conc. ant. supposito auxilio, nego ant. & conseq. Ad prob. dist. ant. De ratione libertatis est, nō determinari ab alio, subiectivè, & immediatè, conc. ant. est, non determinari ab alio, mediatè, obiectivè, paulò plus, quam logicè, & negativè, nego ant. & conseq. Itaque creatura nequit determinare subiectivè decreta Dei : quia hæ determinatio subiectiva est propria libertatis divine ; non, quia determinare subiectivè mediatè aliam libertatem, opponatur libertati titulo ~~titulis~~ : quia, ut diximus disp. 4. de lib. arb. sect. 2. Deus per decretum dans auxilium sub scientia Media de consensu, sive hoc decretum sit intrinsecè connexum, sive extrinsecè connexum cum consensu, mediatè determinat nostrum consensum, subiectivè, verum nihil simile acci-



dij

dit creaturæ, respectu decreti Dei; nec deceret hic modus loquendi. Creatura, supposito, auxilio determinat obiectivè, positivè, indirectè, vagè, & paulò plusquam logicè, per dissensum deeretur compatibile: quia, supposito auxilio, determinat obiectivè scientiam Medium inefficacia, quod complexum ex auxilio, & scientia est connexum cum decreto compatibili; seu creatura, supposito auxilio, ponit dissensum, qui dissensus infert, Deum dedit auxilium sub scientia de inefficacia, adeoque per decretum compatibile. Hæc connexio, quam habet complexum ex auxilio, & scientia inefficacia, est directa in ratione connexionis: quia omnis connexio, in ratione talis, est directa, non tamen est determinatio directa: quia non est ratio à priori existendi decretum.

19. Ante collationem auxiliij, creatura potest determinare indirectè negativè decretum compatibile cum dissensu ad modum, quo auferens duos è tribus calamis, v.gr. A. & B. determinat negativè, ut, si alter velit scribere, scribat calamo C: sic creatura ante collationem auxiliij, potest determinare scientiam Medium inefficacia; sub qua, si Deus velit dar-

auxilium, dabit per decretum compatibile cum dissensu: ideòque *negativè* determinat decretum compatibile ante collationem auxilij. *Similiter*. Tām ante *collationem* auxilij, quām post *collationem* auxilij (distributione accomoda) creatura determinat *vagè*; non *determinatè*, decretum compatibile cum dissensu: quia duplex decretum potest dari compatibile cum dissensu, ut diximus disp. 2. & sēpè. *Aliud* connexum cum dissensu, *aliud* indifferens ad dissensum: creatura solūm determinat decretum compatibile, hoc, vel illud ex his; quòd verò detur decretum compatibile cum dissensu *connexum* cum dissensu, vel decretum compatibile cum dissensu indifferens, unicè pendet ex determinatione Dei.

20 Itaque creatura, dissentiendo, determinat positivè, & directè scientiam inefficaciam: quia determinare positivè, & directè aliquid, est, esse rationem à priori existentiam illius; & dissensus est ratio à priori scientiæ de dissensu, seu scientiæ inefficaciam: quia, ut diximus disp. 9. de sciēt. & disp. 11. & 12. Deus idèo cognoscit res, quia sunt. *Similiter*. Creatura per dissensum determinat directè, sed magis mediately, carentiam decreti con-

nexi cum consensu : quia, determinando directè scientiam Medium de dissensu, eadem ratione directè impedit scientiam Medium de consensu , & aufert libertatem habendi decretum connexum cum consensu : ideoque est ratio à priori, existendi carentiam decreti connexi cum consensu ; At verò solum indirectè determinat decretum compatibile cum dissensu, modo dicto. *Ad Confirm.* Concessi mai. & min. dist. ultimam partem. Non potest, indirectè determinare decretum, quod supponitur determinatum à priori subiectivè , independenter à determinatione creaturæ , & sine posterioritate obiectiva respectu determinationis creaturæ, con. quod supponitur pro priori determinatum ; sed dependenter à determinatione creaturæ , & obiectivè posterius respectu determinationis creaturæ, nego. Et dist. subsump. Nulla res potest impedire , quod supponitur impeditum, si sit independens , & non sit obiectivè posterius re, coac. si sit dependens , & obiectivè posterius re, nego: Sicut dissensus supponit subiectivè determinatam scientiam Medium de dissensu; sed quia scientia Media de dissensu dependet à dissensi, & sit obiectivè posterior dissensi, dis-

151.

Sensus eam determinat; similiter dissensus supponit impeditam scientiam Mediām de efficacia; sed, quia hæc impeditio pendet à dissensu, & est obiectivè posterior dissensu, ideo dissensus impedit scientiam Mediām de efficacia.

21. Insistes. Iuxta hanc solutionem, eodem modo poterunt dicere prædeterminantes, quod prædeterminatus ad consensum, est liber ad dissensum: quia potest acquirere indirectè prædeterminationem ad dissensum: siquidem, ponendo dissensum, ponunt antecedens connexum cum eo, quod Deus posuerit prædeterminationem ad dissensum. Resp. Verum esse, quid possunt id dicere eodem modo; sed neque hoc dicent: neque dicent eodem iure. Non dicent hoc: quia, si hoc dicerent, concederent, prædeterminationem esse acquisibilem, & impediibilem à creatura. Non dicent eodem iure: quia per dissensum potest acquiri, quod remotè præcedit ad dissensum, qualis est scientia Mediā inefficaciz, & decretum compatibile cum dissensu; At verò per dissensum nequit acquiri, quod proxime præcedit ad dissensum, qualiter præcedit prædeterminatione,

Si vè se habeat ex parte actus primi, si vè se habeat ex parte actus secundi: quia voluntas pro priori ad dissensum est immediate applicata, & determinata per prædeterminationem.

22 Obij. 4. Decretum compatibile cum dissensu non determinatur à dissensu in signo, in quo est decretum. Sed nec determinatur in signo, in quo est dissensus: ergo nullo modo determinatur à dissensu. Prob. mai. Implicit, decretum determinari à dissensu in eo signo, in quo neque est dissensus, nec fuit ante; sed potius præscinditur à dissensu. Sed dissensus nec est in signo decreti, nec fuit ante; sed potius in signo decreti præscinditur à dissensu: ergo. Probatur iam prima min. Quòd decretum compatibile non determinetur à dissensu in signo dissensus, sic. Implicit, decretum determinari, & acquiri in eo signo, in quo non existit decretum. Sed decretum non est in signo dissensus: ergo. Prob. mai. Decretum determinari, & acquiri, est, existere decretum: ergo. Resp. Dist. mai. Decretum compatibile non determinatur activè, & obiectivè in signo decreti, conc. mai. non determinatur subiectivè, & passivè in signo decreti, nego. mai.

mai. Ad prob. Dist. mai. Implicat, decretum determinari activè, & obiectivè à dissensu in eo signo, in quo non est, nec fuit, sed præscinditur à dissensu, conc. mai. non determinatur passivè, & subiectivè nego mai. & concessa min. nego conseq. Et distin²a similiter prima min. Ad prob. dist. mai. Implicat, decretum determinari, & acquiri subiectivè, & passivè in signo, in quo non est decretum, conc. mai. quia, sic determinare decretum, est, existere decretum; implicat decretum determinari activè, & obiectivè in signo, in quo non est decretum, nego mai. & concess. min. nego conseq. sub eisdem terminis.

23. Itaque. Hæc est difficultas generalis prioritatis, & posterioritatis naturæ in diverso genere causæ, quæ prioritas, & posterioritas, communiter conceditur à nostris in scientia Media dissensus, & in dissensu: & clarius in scientia Media de consensu, & in consensu. Scientia Media de consensu, v. gr. est prior subiectivè consensu; sed est posterior obiectivè consensu. Scientia Media de consensu determinatur passivè in signo, in quo est; quia in ea signo existit subiectivè prior consensu; sed determi-

natur obiectivè , & activè in signo consensus : quia consensus in eo signo est obiectivè , & determinativè , & quasi activè ; prior scientia : quia in eo signo est ratio à priori, ut extiterit scientia pro suo signo. Similiter hæc difficultas est adhuc generalior in omni prioritate naturæ : quia omnis prioritas naturæ causa, respectu effectus ; & posterioritas naturæ effectus , respectu causæ ; cum hæc prioritas , & posterioritas resulteret ex his, quæ dantur in diversis signis , habet similem difficultatem. Quia inquirō. In quo signo causat effectum ? Non in signo cause : quia effectus non causatur in signo , in quo non est effectus , & effectus non est in signo causæ ; non in signo effectus : quia causa non causat effectum in signo , in quo non existit causa , & causa non existit in signo effectus. Non in signo causalitatis : quia in eo signo, neque existit causa , nec effectus : ergo causa nullo modo causat effectum. Sicut ergo ab his se expedient Philosophi, distinguendo causare activè , & causare passivè effectum. Ita similiter in præsenti distinguimus determinare obiectivè , & quasi activè ; & determinare subiectivè , & passivè scientiam, quæ dantur in diversis signis.

Obij.

24 Obij. 5. Si creatura determinat per dissensum decretum compatibile, illud directe determinat. Sed hoc negamus: ergo, Prob. mai. Qui post exclusionem rei A, ponit necessitatem disiunctivam, ut existat A, vel B, directe determinat existentiam B. Sed creatura per dissensum determinat scientiam inefficaciae, quae est disiunctiva necessitas, ut, vel non existat auxilium, vel existat per decretum compatibile, & hanc necessitatem ponit post exclusionem existentiae auxilij, hoc est, post existentiam auxilij: ergo creatura directe determinat decretum compatibile. Resp. neg. mai, ad prob. dist. mai. Qui post exclusionem rei A, ponit necessitatem disiunctivam, ut existat A, vel B, determinat existentiam B, latè, indirecte, logicè, & quasi negativè, conc. mai, determinat B, directe, subdist. si positio necessitatis disiunctiæ sit ratio à priori, existendi rem B, & connexa sine interruptione cum re B, conc. mai. aliter nego ma i. & dist. min. Creatura per dissensum determinat scientiam inefficaciae, quae est necessitas disiunctiva, &c. & hæc necessitas disiunctiva est ratio à priori, existendi decretum compatibile cum in-

terruptione connexionis cum decreto compatibili, conc. min. sine interrup-
tione connexa, nego min. & conseq.

a 5. Itaque. Creatura est per dissen-
sum ratio à priori, existendi scientiam
inefficaciam, & ratio connexa cum scien-
tia inefficacia, & scientia Media est ra-
tio à priori, existendi decretum compa-
tibile; sed hic iam interrupitur conne-
xus scientia Media inefficacia est
ratio à priori existendi decretum com-
patibile; media libertato Dei, quae est,
imconnexa cum decreto, compatibili;
id est quia creatura non determinat direc-
tè decretum compatibile, nequid de-
terminat scientiam inefficaciam. Comple-
xum ex auxilio, & scientia Media inef-
ficacia est directè connexum cum de-
creto compatibili; quia ut divisionis, con-
nexio, in ratione connexionis, semper
est directa; et verò hac connexione, ut talis;
non est ratio à priori existendi de-
cretum compatibile; quia hac connexione
ut talis, non est ratio à priori, existendi
decretum compatibile, quod requireba-
tur, ut directè determinaret decretum
compatibile; quia auxilium, quod con-
stituit eam connexionem, ut talem, non
est ratio à priori, existendi decretum
com-

compatibile; sed potius est effectus decreti compatibilis: ideoque creatura, supposito auxilio, determinans per dissensum scientiam inefficaciz, determinat connexionem directam cum decreto compatibili; non vero determinat directe decretum compatibile: quia nec scientia est connexa sine interruptione, nec haec connexio, ut talis, ex auxilio, & scientia, est ratio a priori, existendi decretum compatibile.

26. Obij. 5. Non est facilius, alii quid esse adquisitivum sui principij proximi, quam esse illius adquisitionem, & determinationem. Sed auxilium nequit esse adquisitio decreti compatibilis: ergo nequit esse adquisitivum illius per dissensum. Resp. Nego mai. loquendo de adquisitione indirecta, modo dicto, vel eam dist. claritatis gratia. Non est facilius, aliquid esse adquisitivum sui principij proximi determinate requisiti, quam esse illius adquisitionem, permitto mai. sui principij, non determinatae; sed vagè requisiti, nego mai. & conc. min. nego conseq. Itaque. Auxilium potest esse adquisitivum sui principij proximi non determinatae requisiti, medio dissensi: quia, sicut potest determinare scientiam

Me-

Medianam de inefficacia, potest etiam, medio diffensu acquitare, & determinare indirecte, modo dicto, decretum compatibile non determinatè requisitum; at vero non bene percipitur, quomodo auxilium possit esse adquisitio decreti compatibilis: quia auxilium est exercitium decreti compatibilis: quomodo ergo exercitium decreti poterit esse adquisitio decreti: ergo bene percipitur, quod aliquid possit esse adquisitivum sui principij proximi, non determinatè requisiti; quin possit esse adquisitio talis principij. Si auxilium esset actus meritorias, possemus discutere ex dictis dispensatione de merito, meritum posse causare meritorie suum principium proximum, etiam determinatè requisitum, per illos ordinates intentionis, & executionis. At vero, cum nec Deus meretur, nec auxilium sit meritum, non percipitur, quomodo possit esse adquisitio decreti compatibilis.

27 Obij. 8. Decretum compatibile constituit libertatem ad carentiam consensus: ergo. Prob. ant. Carentia necessitatis simplicitet antecedentis constituit libertatem ad carentiam consensus. Sed decretum compatibile est car-

ren-

rentia necessitatis simpliciter antecedentis : ergo. Prob. min. Carentia *omnis decreti* est necessitas antecedens parentiz consensus. Sed decretum compatibile est carentia huius parentiz : quia aliquod decretum est contradictorium carentiaz *omnis decreti*: ergo. Resp. Nego ant. ad prob. Dist.mai. Carentia necessitatis *proxime* antecedentis constituit libertatem , conc. mai. carentia necessitatis *remota* antecedentis , nego mai. ut diximus disp. 5. de actibus humanis , sect. 1. & dist. min. Decretum compatibile est carentia necessitatis *remota* antecedentis, conc. min. *proxime*, nego min. & conseq. Ad prob. dist.mai. Carentia *omnis decreti* est necessitas antecedens remota , conc. mai. proxima, nego mai. & concess. min. nego conseq. Solutio non indiget explicatione : quia argumentum est aperte fallax : cum eadem forma probetur , decretum conexum cum consensu constituere libertatem ad carentiam consensus.



SE-

SECTIO III.

*Solvuntur obiectiones, intendentes decre-
tum collativum connexum, ratione
connexionis, auferre
libertatem.*

28

Obij. 1. Per nos, omne constitutivum potestatis proximè ad consensum est inimpedibile per dissensum. Sed decretum connexum est constitutivum potestatis proximæ ad consensum: ergo. Prob. min. Carentia necessitatis simpliciter antecedentis ad carentiam consensus est constitutivum potestatis proximæ ad consensum. Sed decretum connexum est carentia necessitatis simpliciter antecedentis ad carentiam consensus: ergo. Prob. min. Carentia omnis decreti est necessitas antecedens carentiaz consensus. Sed decretum connexum cum consensu est carentia omnis decreti: ergo. Prob. min. Quia, dare aliquod decretum, est contradictorium carentiaz omnis decreti. Solutio est immediatè data: quia, ut diximus disp. 5. de actibus humanis. Carentia necessitatis ante cedentis proximæ, est, quæ con-

st.

stituit libertatem : quia hæc est, quæ formaliter aufert impedimentum proximum, & determinationem proximam ad unum extreum ; non vero carensia necessitatis antecedentis remote, qualis est quodvis decretum collativum, sive conexum, sive inconnexum, propter rationem datam.

29. Obij. 2. Quod se habet ex parte hypothesis scientie conditionate, affirmantis consensum, constituit potestatem proximam ad consensum. Sed decretum connexum collativum se habet ex parte hypothesis scientie conditionatae, affirmantis consensum: ergo : Prob. min. Id, à quo consensus dependet conditionate in statu conditionato, se habet ex parte hypothesis scientie conditionatae, affirmantis consensum. Sed consensus dependet conditionate in statu conditionato à decreto connexo ergo. Prob. min.. Id, à quo dependet absolute consensus in statu absoluto , est , à quo dependet conditionate in statu conditionato. Sed dato decreto connexo , ab illa dependet absolute consensus in statu absoluto : ergo ab illa dependet conditionate in statu conditionato. Resp. Dist. mai. Quod se habet ex parte hypoth-

sis scientiæ conditionatae contingentis, affirmantis consensum, constituit potestatem proximam ad consensum, conc. mai. quod se habet ex parte hypothesis scientiæ conditionatae necessariae, nego mai. & dist. min. Decretum connexum se habet ex parte hypothesis scientiæ conditionatae necessariae, conc. min. scientiæ conditionatae contingentis, nego min. & conseq. Ad prob. concess. mai. claritatis gratia, vel ea distincta. Id, à quo dependet absolute consensus in statu absoluto, dependet conditionate in statu conditionato, sub conditione necessaria, vel contingenti, conc. mai. solum sub conditione contingenti, nego mai. & concess. min. dist. conseq. Consensus dependet à decreto conditionate in statu conditionato, sub conditione necessaria, con. conseq. In statu conditionato, sub conditione contingenti, nego conseq. Itaque hypothesis scientiæ conditionatae contingentis, affirmantis consensum, seu scientiæ Mediae, est libertas indifferens ad consensum, & dissensum, & ab hac libertate dependet conditionate consensus in statu conditionato, conditionate contingenti: quia verum est contingenter, quod si existat libertas, existet consensus.

De

Decretum connexum cum consensu est hypothesis scientia conditionata necessaria; affirmantis consensum: quia haec veritas est necessaria: si existat decretum connexum cum consensu, existet consensus: ideoque consensus dependet à decreto connexo; conditionatè in statu conditionato, conditionatè necessario, & consequenter non constituit libertatem, sub qua contingenter conditionatè existet consensus.

30. Obij. 3. Auxilium, ut influxivum in consensum, constituit potestatem proximam ad consensum. Sed dum auxilium datur per decretum connexum, ut influxivum in consensum, includit decretum connexum: ergo decretum connexum constituit potestatem proximam. Prob. mai. Auxilium, ut influxivum in consensum, est auxilium, ut actualiter dependens à decreto; quia est auxilium, ut existens extra suas causas: Sed auxilium, ut existens extra suas causas, actualiter dependet à decreto: ergo auxilium, ut influxivum in consensum, involvit decretum, à quo dependet. Resp. dist. mai. Auxilium, ut intrinsecè influxivum in consensum, constituit potestatem proximam, conc. mai. auxilium, ut extrinsecè

P cè

cè influxivum, nego mai. & dist. min. Auxilium, ut extrinsecè influxivum, involvit decretum, conc. min., ut intrinsecè influxivum, nego min. & conseq. Ad prob. dist. mai. Auxilium, ut extrinsecè influxivum, est auxilium, ut actualiter dependens à decreto, conced. maior. auxilium, ut intrinsecè influxivum, nego mai. & concess. min. nego conseq. Itaque auxilium, ut extrinsecè influxivum in consensum, involvit omnes causas proximas auxilij, quæ sunt cause remotæ consensus; sed non constituit potestatem proximam ad consensum auxilium, ut sic extrinsecè influxivum: alias, omnes causa remotæ consensus essent causa proximæ consensus; solum constituit potestatem proximam ad consensum auxilium, ut intrinsecè iusfluxivum, seu libertas secundum sua prædicata intrinseca, & in his prædicatis non involvitur decretum, neque connexum, neque inconnexum; sed solum necessitas procedendi ab hoc, vel illo decreto: sicut ab hac, vel illa scientia Media.

35. Obij. 4. Si voluntas posset acquirere carentiam decreti connexi, hęc carentia decreti connexi, esset libera voluntati. Sed non est libera voluntati: er-

go

go non potest eam acquirire. Prob. min. Si carentia decreti esset libera voluntati; ex istentia decreti esset libera voluntati. Sed existentia decreti non est libera voluntati : ergo. Prob. mai. Voluntati non esset libera carentia amoris , si non posset ponere amorem: ergo carentia decreti non est libera voluntati, si voluntas non posset ponere decretum. Resp. Dist. triai. Hæc carentia decreti esset mediata libera voluntati, conc. mai. esset immediata libera voluntati, nego mai. & nego min. dicto sensu. Ad prob. dist. mai. Si carentia decreti esset immediata libera voluntati, decretum esset liberum voluntati , conc. mai. Si carentia decreti esset mediata libera voluntati, decretum esset liberum voluntati, nego mai. & concess. min. nego conseq. Ad prob. concess. ant. quia loquitur de actu , nobis immediata libero , nego conseq. Itaque libertas immediata ad carentiam decreti, seu ad carentiam rei, est libertas ad rem : quia libertas immediata ad carentiam decreti, seu ad carentiam rei , est indifferentia proxima ponendi rem, & oppositum rei; determinandi rem, & oppositum rei: ideoque libertas immediata ad unum contradictorium, est libertas ad aliud; at

Verò non ita accidit in libertate media:
ta, & remota : quia rectè potest quis me-
diatè liberè determinare unum , quin
possit determinare oppositum. Sic. Si
duo applicent ignem, ad comburendam
domum, quivis potest, determinare com-
bustionem ; & non quivis potest, deter-
minare carentiam combustionis. Sic
etiam , quando duo portant lapidem,
quivis potest, impedire, portari ab utro-
que ; & non quivis potest , determinare,
portari ab utroque. Et ratio horum est:
quia posse, mediatè impedire decretum,
v.gr. & quamvis aliam rem, est, posse, po-
nere antecedens connexum cum impe-
ditione decreti : & potest contingere,
quòd possit quis, ponere antecedens con-
nexum cum impeditione ; & non possit
ponere antecedens connexum cum exi-
stentia decreti. Similiter. Posse,mediatè
liberè determinare carentiam decreti,
est, posse , determinare antecedens con-
nexum cum carentia decreti dicti , quale
est dissensus : & potest contingere,quòd
possit quis , determinare antecedens con-
nexum cum carentia decreti conne-
xi, quale est dissensus ; quin possit deter-
minare antecedens connexum cum exi-
stentia decreti.

Dc

32. De hac potentia mediata, & remota libera latè egimus disp. 2. de lib. arb. sect. 8. à num. 104. ubi distinximus triplicem potentiam remotè mediata liberaam, aliam *positivam*, & *negativam*; quæ potest, mediata determinare rem, & potest, mediata eam impedire: Sic Petrus potest, determinare scientiam de consensu, & potest, eam impedire. Aliam *positivam*, quæ potest, determinare rem, & nequit, eam impedire. Sic, quando plures concurrunt, ad comburendam domum, quivis potest, determinare combustionem; sed non quivis potest, impedire combustionem. Aliam *negativam*, quæ potest, impedire rem; sed nequit, eam determinare: sic possum, impedire tuum ingressum in domum, claudendo ostium; Sed non possum determinare, quod ingrediaris. Vide ibide his, & similibus, latè.

33. Insistes. Voluntas, dum consentit libere, non impedit decretum connexum cum consensu. Sed decretum non impediri, est, decretum existere: ergo liberè facit, existere decretum connexum cum consensu. Resp. dist. mai. Voluntas, dum consentit liberè, non impedit decretum connexū libertate mediata, conc. mai. libertate immmediata, nego mai. & dist.

dist. min. Decretum non impediri liberate immediata, est, decretum existere, conc. min. libertate mediata, nego min, & nego conseq. Itaque. Loquendo de libertate immediata, idem est, non impediri exercitium immediate liberum, ac existere: quia idem est, non existere eius parentiam, ac ipsum existere; at verò non est idem, non impediri libertate media- ta, ac existere: quia, non impediri liber- tate mediata, est, libertatem mediatam non ponere impedimentum; & potest contingere, quòd libertas mediata non ponat impedimentum; & quòd ponat impedimentum libertas immediata, po- nendo eius parentiam, & tunc non exi- stet.

34. Obij. 5. Eatenus voluntas posset impedire per dissensum decretum connexum cum consensu, quatenus pos- set per dissensum impedire scientiam ef- ficaciaz, impediendo consensum abso- lutum. Sed ex eo, quòd posset impedire consensum absolutum, nō sequitur, quòd possit impedire scientiam. Medium effi- caciaz: ergo neque quòd possit impedire decretum. Prob. min. Quia scientia ef- ficaciaz non dependet à consensu abso- luto; siquidem potest existere sine illo.

2. Quia

2. Quia consensus absolutus determinat scientiam visionis; non vero scientiam Medium, siquidem determinat scientiam perfectissimam, quam potest: & cum possit determinare scientiam, quae non maneat suspensa circa existentiam obiecti, non determinabit scientiam, quae maneat suspensa. *Confirm.* Consensus, ut absolutus, propter hanc rationem non determinat cognitionem de eius possibilitate, praescindentem ab existentia: ergo neque cognitionem futuritionis conditionatae, praescindentis ab existentia absoluta. 2. Essentia divina posens in primo signo determinare scientiam intuitivam affirmantem existentiam, non potest, iuxta communem sententiam, determinare scientiam quidditativam divinam, praescindentem ab existentia.

35. Resp. Dist. mai. Quatenus, posito auxilio, potest, impedire consensum absolutum, conc. mai. non posito auxilio, nego mai. & nego mia. Ad prob. dist. ant. Scientia efficacia non pendet a consensu absoluto, non posito auxilio, conc. ant. posito auxilio, nego ant. & conseq. quia, ut diximus disp. 12. de scient. sect. 4. scientia Media pendet a

consensu absoluto, posito auxilio : quia pro eo casu nequit existere sine consensu absoluto ; cum, dato auxilio, ex ipso, & scientia Media resultet antecedens connexum cum consensu absoluto, ut diximus disp. 4. de scient. sect. 4. *Ad 2.* Dist. ant. Consensus absolutus determinat scientiam visionis pro signo existentiae absolutae, conc. ant. pro signo ex instantiae conditionatae, nego : quia pro signo existentiae conditionatae nequit determinare, nisi scientiam praescindentem ab existentia, & suspensivam, ut diximus disp. 12. de scient. sect. 4. & disput. 11. sect. 3. Etsi Iunio sect. 12. cap. 3. dicat, consensum, ut absolutum, immediate determinare scientiam visionis, mediate scientiam Medium, & alij alter sequantur. *Ad confirm.* Conc. ant. & conseq. quod non est contra nos : quia, ut diximus loco citato, consensus, *ut absolutus*, solum determinat scientiam visionis; consensus re vera absolutus, *ut existens* conditionate, determinat scientiam Medium. *Ad 2.* Conces. ant. nego conseq. Disparitas est : quia, ut diximus disp. 1. de scient. Nullum est signum essentiae divinæ, quod non sit signum existentiae absolutæ : quia eius essentia,

non

nō solum physica, sed metaphysica, est ens à se : idcōque nullum est signum, in quo non posse determinare scientiam intuitivam de existentia ; At verò in consensu absoluto, contingenter existenti, datur signum, quod non sit signum existentiae absolutæ ; sed solum existentiae conditionatae, in quo solum potest determinare scientiam suspensivam circa existentiam absolutam.

SECTIO IV.

Alic obiectiones solvuntur.

36

Obij. i. Si Deus posset dare auxilium per decre-
cetum connexum cum consensu, posset simili habere hoc decretum : Nolo dare auxilium per decretum compatibile cum dissensu, si nō tale decretum sit indifferentis, si nō connexum cum dissensu. Hoc vide-
tur verum : quia cum decreto conexo cum consensu, & cum libertate ad illud, possunt coexistere carētia omnis decreti compatibilis cum dissensu, indifferentis, & connexi cum dissensu. Nunc sic. In ta-
li casu voluntas non esset libera. Sed hæc
nolitio solum pugnat cum decreto com-

compatibili : ergo ex eo præcisè , quòd non detur decretum compatibile , non datur libertas. Min. videtur vera : quia hæc nolitio nec pugnat cum voluntate , nec cum cognitione alliciente , & retrahente , nec cum decreto applicativo Omnipotentie. Prob. mai. Hæc nolitio est inimpedibilis à voluntate creata. Alias est connexa cum consensu , vel , saltem , est connexa cum carentia dissensus : ergo. Prob. ant. Decretum , quod nec requirit scientiam efficaciam , nec scientiam inefficaciam , sed potest existere cum quavis ex his , nequit impediri à creatura. Sed eiusmodi est hæc nolitio : ergo. Prob. mai. Quia voluntas solum potest , impedire decreta Dei , quatenus potest , impedire libertatem ad illa : & voluntas nequit , impedire simul scientiam Medium de efficacia , & de inefficacia : nec scientiam simplicis intelligentiam , qua regulatur hoc decretum.

37 Hoc argumentum sibi proponebit Iunio , iure commendat , & solvit. Ex cuius doctrina. Resp. negando assumptum: quia Deus non potest , nolle , nisi prudenter: & consequenter , non potest , nolle liberè , nisi id , quod liberè , potest , velle. Sed quando habet decre-

tum

tum connexum cum consensu, non potest, liberè velle decretum connexum cum dissensu: ergo non potest, nolle, habere decretum compatibile connexum cum dissensu. Prob. min. Quando non habet scientiam inefficaciae, non potest, velle, dare auxilium per decretum connexum cum dissensu. Sed quando habet decretum collativum auxiliij connexum cum consensu, non habet scientiam inefficaciae sub auxilio: ergo, Confirms; (Quidquid sit de complacentia) Deus aequus, velle quod est metaphysice necessarium: neque nolle quod est metaphysice impossibile. Sed in casu decreti connexi cum consensu, in quo deficit scientia inefficaciae sub auxilio, est antecedenter necessaria carentia decreti compatibilis cum dissensu, connexi cum dissensu: & est antecedenter metaphysice impossibilis existentia decreti compatibilis cum dissensu, connexi cum dissensu: ergo neque potest, serio velle carentiam talis decreti, neque serio nolle tale decretum. Prob. min. Quando non datur libertas ad aliquod decretum, est antecedenter necessaria carentia talis decreti, & antecedenter impossibilis existentia talis decreti. Sed in tali casu non

non datur libertas ad tale decretum: ergo. Prob. min. Libertas ad decretum collativum auxilij connexum cum dif- sensu, essentialiter constituitur scientia! Media inefficacia sub auxilio. Sed quando datur decretum collativum connexum cum consensu, non datur scientia! Media inefficacia sub auxilio: ergo.

38. Insistes: Deus simul cum decreto collativo connexo cum consensu potest dare, & velle dare auxilium per de- cretum compatibile cum dissensu; & potest, non dare, & nolle dare auxilium per decretum compatibile: eni dissensio quia liber est ad hoc. Nunc sic. Haec no- litio est connexa cum carentia dissensu. Sed creatura nequit, impedire hanc no- litionem: ergo haec nolitior tollit libertatem. Prob. min. Creatura nequit, im- pedire hanc nolitionem, nisi quatenus impedit potestatem proximam neces- sariam ad illam. Sed haec nequit, impe- dire: ergo. Prob. min. Haec potestas proxima ad dictam nolitionem sufficien- ter constituitur per scientiam efficaciam, & similiter per scientiam inefficaciam. Sed creatura nequit, impedire utramque scientiam: ergo.

39. Resp. Dist. assumptum. Po- test

test, *nolle dare auxilium per decretum compatibile cum dissensu*, quod sit *indifferens*, conc. quia habet libertatem ad illud; potest *nolle dare auxilium per decretum compatibile cum dissensu*, quod sit *connexum cum dissensu*, nego: quia, ex *immediatè dictis*, non habet libertatem ad illud. Ad argum. Dist. mai. *Nolitio dandi auxilium per decretum compatibile indifferentis*, est *connexa cum carentia dissensus*, nego mai. *Nolitio dandi auxilium*, sive per *decreturnum compatibile indifferentis*, sive per *decreturnum compatibile connexum cum dissensu*, nego *superpositum*, & *conces. min. de nolitione*, *dandi auxilium per decretum compatibile indifferentis*, propter rationem argumenti, nego *conseq.* Itaque, ut diximus, Deus nequit, habere decretum, quo *nolit*, dare auxilium per decretum compatibile, sive *indifferens*, sive *connexum cum dissensu*; quando darur *decretum collativum*, *connexum cum consensu*; potest tamen *nolle* in eo casu dare auxilium per decretum compatibile *indifferens*; verum hæc *nolitio* ex se sola, non est *connexa cum carentia dissensus*: quia hæc *nolitio*, ex se sola, permittit dari auxilium per decretum *connexum cum dissensu*.

sensu , & tunc daretur dissensus. Vnde quod tunc connectitur cum carentia dissensus, est complexum ex nolitione , dando auxilium per decretum compatibile indifferens, & ex decreto connexo cum consensu: & cum creatura posit, impedire decretum conexum cum consensu, et si non posit, impedire eam nolitionem; potest, impedire connexionem cum carentia dissensus : & consequenter habet libertatem ad consensum. Ad modum, quo: Complexum ex scientia Media efficaciaz, & auxilio , est connexum cum carentia dissensus : & quia creatura potest impedire scientiam Medium efficaciaz, licet non possit, impedire auxilium, potest impedire connexionem cum carentia dissensus: & ideo habet libertatem ad consensum.

40 Insistes. Simul cum decreto connexo cum consensu collativo auxiliij, potest dari haec veritas obiectiva : *Non dabo auxilium per decretum compatibile, si ne indifferentis, si ne conexum cum dissensi; seu haec: Per nullum decretum compatibile dabo auxilium:* quia dum unice datur auxilium per decretum collativum connexum cum consensu , id accidit , & id potest accidere. Nunc sic.

Hac

Hæc veritas obiectiva est connexa cum carentia dissensus, & inevitabilis à creatura, quia parte dicit, *Non dabo auxilium per decretum compatibilem indifferēt*, ut fatemur. Sed etiam est inimpedibilis, qua parte dicit: *Non dabo auxilium per decretum compatibilem cum dissensu, connexum cum dissensu*: ergo decretum collativum connexum cum consensu, simul cum hac veritate obiectiva, quæ solum assert carentiam decreti compatibilis, tollit libertatem. Prob. min. Creatura nequit, impedire veritatem obiectivam, quæ stare potest, stante scientia Media efficaciz, & stante scientia Media inefficaciz. Sed hæc veritas obiectiva stare potest, stante scientia Media efficaciz: quia tunc potest, non dari auxilium per decretum compatibilem cum dissensu; & stare potest, stante scientia Media inefficaciz: quia stante scientia Media inefficaciz potest, non dari auxilium: ergo hæc veritas obiectiva est inimpedibilis à creatura.

41 De hoc, & similibus argumentis, fatis diximus disp. 13. de scient. sect. 3. & aliqua disp. 2. de lib. arb. sect. 2. Ex doctrina ibi data. Resp. esse possibile, dari eam veritatem obiectivam, simul

mul cum decreto collativo connexo
cum consensu. Ad argum. Nego mai.
quoad 2. part. vagè loquendo. Et simi-
liter nego min. vagè loquendo : quia
creatura, dato auxilio, potest, impedire
hanc veritatem obiectivam. Non dabo
auxilium per decretum compatibile cù
dissensu , sive indifferens , sive conne-
xum cum dissensu : quia creatura , dato
auxilio, potest, ponere dissensum, & po-
nendo dissensum, infert, auxilium datum
esse per decretum compatibile cum dis-
sensu , vel indifferens , vel connexum
cum dissensu. Ad modum, quo, propter
eamdem rationem diximus disp. 13. de
scient. sect. 2. & 3. Creaturam , dato
auxilio, posse, impedire hanc veritatem:
Non dabo auxilium , si sit inefficax. Vide
ibi latè.

42 Insistes : Veritas obiectiva in-
volvens exercitium liberum Dei , quæ,
per se , non pendet à libertate creata;
v. gr. hæc: *Non dabo auxilium , si sit inefficax*, potest, pendere , pro casu auxiliij
ergo exercitium liberum Dei, quod, per
se, non pendet à libertate creata, potest,
pendere à libertate creata pro casu au-
xiliij : & consequenter, erit possibile de-
cretum præscindens. 2. Si creatura po-
test,

test, impedire hanc veritatem: *Non dabo auxilium, si si inefficax,* poterit, impedire hoc decretum: *Non dabo auxilium inefficax.* Sed nequit, impedire hoc decretum: quia hoc decretum, ex se, non est regulatum scientia Media: ergo. Prob. mai. Creatura, impediendo primam veritatem, impedit veritatem continentem decretum *non collaturum auxilium inefficax:* ergo potest, impedire hoc decretum: *Non dabo auxilium inefficax.*

43 Resp. Concessantem. nego conseq: Disparitas est: quia ea veritas continens decretum liberum Dei (ex se indifferens, ut habeatur sub scientia efficacia, vel inefficacia) qua non pendet absolutè à libertate creata, potest pendere à libertate creata, dato auxilio, seu pro casu auxiliij, ut diximus disp. i 3. de scient. sect. 3. & tunc creatura non impedit eam veritatē, qua parte includit *reale* decretum liberum Dei, sed, qua parte includit conditionem *inefficacij*: quia creatura, supposita carentia conditionati, id est, supposito *auxilio* iam *collato*, potest ponere conditionē *inefficacij*: quia, ut diximus disp. i 3. de scient. sect. 3. duplíciter potest impediiri veritas conditionalis, vel impediendo conditionatum,

Q

per

posita conditione , vel posita carentia conditionati, seu, impedito conditionato; ponendo conditionem ; at vero decreta Dei solum possunt, p̄edere à creatura , quatenus ab ea pendeat libertas ad tale decretum : Unde , si semel non pendeat libertas ad tale decretum à creatura , seu , si tale decretum non penderet in concipi , chymera est , quòd pendeat in exequi à creatura, seu, quòd pendearet pro easu auxilij.

44 Ad 2. Dist. mai. Potest, impedi-
re hoc decretum, si reguletur Scientia Media, conc.mai. si non reguletur sci-
entia Media, nego mai. & dist. min. Si no-
reguletur scientia Media , conc. min. si
reguletur scientia Media , nego min. &
nego èonseq. Si autem roges : an hoc
decretum re vera pendeat à scientia Me-
dia ? Resp. re vera. pendere : quia Deus
omnia sua decreta habet post scientiam
Medium : cum intellectus divinus non
dormitet , & actus conditionati intelle-
ctus præcedant actus liberos voluntatis;
idèoque non poterat Deus, habere pru-
denter hoc decretum: Non dabo auxilium
inefficax, quin haberet scientiam ineffi-
caciæ aliquid auxilij: alias stulte dicer-
eret, non dare, quod , non poterat,

da-

dare: & cum creatura possit, videri, omnibus auxilijs consensura, ut diximus disp. 3. de lib. arb. potest impedire omnem scientiam de inefficacia, & consequenter, libertatem necessariam ad hoc decretum, quae necessariò constituitur per scientiam inefficaciam alicuius auxilij. Ad prob. maioris. Dist. ant. Impedit veritatem continentem decretum: non collaturum, qua parte includit inefficaciam, conc. ant. qua parte hæc veritas includit decretum Dei, nego ant. & dist. conseq. eodem modo. Itaque creatura, dato auxilio, potest, ponere conditio nem inefficacia inclusam in hac veritate, quia, dato auxilio, impeditur hæc veritas; at vero creatura nequit, impedire hanc veritatem, quatenus includit decretum Dei, nisi possit, impedire libertatem, ad habendum tale decretum, seu, nisi tale decretum reguletur Scientia Media.

45 De his, & similibus, vide plura disp. 13. de scient. sect. 3. ubi egimus de decretis concernentibus cum scientijs medijs reflexis. Et disp. 2. de liber. arb, sect. 2. Ex qua doctrina hoc decretum: *De auxilium, quia est efficax, non dare, si esset inefficax, possibile est,*

Q. 2.

&

& impedibile à creatura: quia supponit scientiam Medium inefficacia. Similiter hoc: *Non dare auxilium, si effet inefficax*, est possibile, & impedibile à creatura propter eamdem rationem. Similiter hoc: *Nolo dare auxilium, quod video inefficax, neque dare, si effet efficax*, est possibile, & impedibile à creatura: quia supponit scientiam Medium inefficacia. Vide Iunio sect. 11. cap. 8. 9. 10.

SECTIO V.

Aliæ obiectiones.

46

Obij. 1. Per decretum connexum collativum auxilij vult Deus, consensum pro nostro arbitrio fieri, vel non fieri. Sed consensum non fieri, est, decretum frustrari, vel impediri: ergo per hoc decretum Deus vult vagè frustrationem, vel impeditonem huius decreti. 2. Si hoc decretum possit, impediri per dissensum, hoc decretum esset posterius consensu. Sed alias est prius consensu: ergo esset prius, & posterius. 3. Sicut se habet decretum cum consensu ad consensum, ita se habet carentia decreti ad carentiam.

CONI.

Consensus. Sed decretum conaexum cum consensu est inseparabile à consensiū; ergo carentia decreti connexi erit inseparabilis à carentia consensus. Mai. prob. ex Arist. 2. physic. cap. 3. Quando existentia est causa existentiae, carentia est causa carentiae.

47 Resp. Dist. mai. Per decretum connexum collativum vult Deus consensum fieri, vel non fieri, ita, ut solum fieri consensus sit extremum voluntum, conc. mai. ita, ut utrumque sit extre-
mum volitudo, nego mai. & concess. min. nego conseq. Ad 2. concess. mai. & min. dist. conseq. effet prius, & posterius in di-
verso genere, conc. conseq. in eodem ge-
nere, nego conseq. quia decretum est
prius subiectivè consensu, & est posterius
objективè, sicut scientia Media efficacia
est prior subiectivè consensu, & poste-
rior objективè, ut diximus disp. 1. 2. de
Scient. Sicut etiam inter finem, & media
datur mutua prioritas in diverso genere
causæ. Ad 3. dist. mai. Sicut se habet
decretum ad consensum, ita se habet ea-
rentia decreti, determinatè requisiti ad
consensum, ad carentiam consensus, per-
mitto mai. carentia decreti non determi-
natè requisiti ad consensum, nego mai. &

Q. 3.

conci

conc. min. nego conseq. Ad prob. dista
 Quando existentia est causa existentiae,
 carentia causa, determinare requisite ad
 existentiam, est causa carentiae, permitto;
 non determinare requisite, nego: quia si
 effectus possit existere per duas causas,
 ex eo, quod detur carentia unius causa,
 non sequitur; quod detur carentia effe-
 tus: & consensus potest dari per decre-
 tum connexum, & per decretum com-
 patibile: unde ex eo, quod detur ca-
 rentia decreti connexi, non sequi-
 tur; quod detur carentia consen-
 sus.

48. Obj. 2. Quod, supposito au-
 xilio, nequit, non esse; nequit, impediri
 à voluntate per auxilium. Sed, supposi-
 to auxilio collato per decretum conne-
 xum cum consensu, nequit, non esse de-
 cretum connexum cum consensu: ergo
 nequit, impediri à voluntate per auxi-
 lium. 2. Ut diximus disp. 5. de lib. arb.
 fact. 1. ex operatione sub una libertate
 non infertur metaphysicè similis ope-
 ratio sub simili libertate; & multò mi-
 nus, sub dissimili libertate: sed, dissen-
 tiente creatura, daretur in Deo dissimi-
 lis libertas, ad dandum auxilium: ergo
 ex dissensu creatura non infertur colla-
 tio

lio auxiliij. 3. Si una libertas potest determinare indirecte exercitia alterius libertatis , v. gr. libertas creata exercitia libertatis Dec: una libertas creata potest determinare indirecte , & arguitive , exercitia alterius libertatis creatæ. Sed hoc ipso non erit possibilis creatura rebellis: quia ex consensu sub infinitis libertatibus, poterit , argui dissensus sub alijs infinitis: ergo,

49 Resp. conces. mai. nego min. vel dist. min. Supposito auxilio collato per decretum connexum, nequit non esse decretum connexum, in sensu composite collationis per eiusmodi decretum, conc. min. in sensu diviso factibili voluntate per auxiliū, nego min. & conseq. quia voluntas posito auxilio, potest, dissentire, & per dissensum impedire directe decretum oomplexum cum consensu ; & determinare indirecte decretum compatibile, ut diximus sect. 3. Ad 2. dist. mai. Ex sola operatione sub una libertate non inservit similis operatio, sub simili , nec dissimili libertate , conc. mai ex operatione, non sola, nego mai. & conces. min. nego conseq. Quia, dato dissensu, non datur solus dissensis, sed auxilium, seu libertas, sub quo datur; & ex

Q4

dis-

dissensu, & auxilio recte infertur, Deum dedisse auxilium. *Vel si velis.* Resp. alteriter, dist. mai. Ex operatione sub una libertate non infertur operatio sub simili, nec dissimili libertate, si operatio sub una libertate non supponat essentialiter similem operationem sub dissimili libertate, conc. mai. si supponat essentialiter similem operationem sub dissimili libertate, nego mai. & concess. min. nego conseq. Quia dissensus essentialiter supponit, Deum dedisse potestatem ad illum: ideoque ex dissensu recte infertur, Deum sub dissimili libertate dedisse auxilium. *Ad 3.* dist. mai. Si libertas creata potest, determinare indirecte exercitia libertatis Dei; libertas creata posset, determinare indirecte exercitia alterius libertatis creatæ, *attento præcisè prædicato libertatis,* ad merendum, & demerendum, conc. mai. attentis alijs prædicatis, que de facto dantur in libertate creata, nego mai. & dist. min. non erit possibilis creatura rebellis, *attento præcisè prædicato libertatis,* ad merendum, & demerendum, conc. min. attentis alijs prædicatis, nego min. & conseq.

50 Itaque. Cum intenderent Thomistæ, ex indifferentia auxiliorum, & scien-

Scientia Media, sequi, esse possibilem creaturam rebellem, & hoc haberent, ut maximum absurdum, duo diximus dilp. 3. de lib. arb. sect. 4. 1. ex indifferentia auxiliorum, seu ex præciso capite indifferentiæ, ad merendum, & demerendum, non sequi possibilitatem creaturæ rebellis: quia rectè stat indifferentia ad merendum, & demerendum sub hoc auxilio cum necessitate rega, merendi, & consintiendi sub infinitis auxilijs. Diximus.

2. Non esse absurdum possibilitatem creaturæ rebellis, immo diximus, possibilitatem creature rebellis sequi ex dominio Dei, & ex alijs prædicatis, quæ realiter habet libertas creata, quæ prædicata distinguitur per rationem ab hoc prædicato, sumpto per rationem *indifferentia ad merendum, & demerendum*: quia libertas caeca realiter habet maiorem independentiam, quam possumus dare, ab exercitijs aliarum libertatum: quia hæc independentia videtur, sequi ex textibus, unde constat, dari in nobis libertatem: & possumus, dare libertati creatæ talem independentiam ab exercitijs aliarum libertatum, ut ex dissensu sub una libertate non, inferatur vagè consensus sub alijs infinitis libertatibus: ideoque hæc independentia.

pendentia danda est ; at vero non datur hęc omnimoda independētia inter exercititia libertatis creatę, & exercititia libertatis divinę ; sed potius datur magna dependentia , alias non daretur libertas creata: ideoque de ratione libertatis divinę est, quod in suis exercitiis pendeat ab exercitiis libertatis creatę : quę dependentia; et si, primo aspectu, sonet imperfectionem ; reyez, dicte maximam perfectionem, & dominium, ut ibi vidi-
mus : sicut dependentia connexionis, quam dicit omnipotencia à possibilibus, primo aspectu, sonat imperfectionem; sed, ut diximus disp. 2. de scienti: est ma-
xima perfectio.

51 Obij. 3. Nequit salvati liber-
tas, nisi sit modo indifferenti, & componibili cum utroque extremo. Sed, si au-
xilium unicè detur per decretum conne-
xum cum consensu, libertas non est mo-
do indifferenti, & componibili cum utro-
que extremo : ergo. Prob. min. Dato
dicto decreto , libertas solùm est modo
componibili cum consensu : ergo. 2. Da-
to auxilio , unicè , per decretum connexum
cum consensu, voluntas nequit im-
pedire decretum, nec ponere dissensum:
ergo non est libera. Prob. ant. Volun-

tag

tas solum potest operari modo, quo est. Sed, dato auxilio, unice, per decretum connexum cum consensu, est modo incomponibili cum dissensu: ergo non potest ponere dissensum. Quomodo enim poterit ponere dissensum, ut operans modo incomponibili cum dissensu.

52 Resp. Dist. mai. Nequit, vari libertas, nisi sit modo indifferenti ex parte actus primi proximi, & attentis intrinsecis libertatis, conc. mai. nisi sit modo indifferenti ex parte actus primi remoti, & attentis extrinsecis libertatis nego mai. & dist. min. Dato auxilio per decretum connexum, libertas non est modo indifferenti, attentis extrinsecis libertatis, & quæ sunt in signo remoto, conc. min. attentis intrinsecis libertatis, & quæ sunt in actu primo proximo, nego min. & conseq. quia etiam ex scientia Media de consensu, & ex auxilio, resultat antecedens connexum cum consensu: & quia scientia Media est in signo remoto, & extrinseca auxilio, actus primus, & libertas secundum intrinseca, est modo indifferenti ad utrumque, & sufficienti ad libertatem. Ad 2. nego ant. Ad prob. dist. mai. Voluntas solum potest operari modo, quo est ex parte actus primi pro-

proximi, & secundum intrinseca actus primi proximi, conc. mai. modo, quo est ex parte actus primi remoti, & secundum extrinseca actus primi proximi, nego mai. & diff. min. Est modo in componibili cum distensu, attentis, quæ dantur ex parte actus primi remoti, & extrinsecis actui primo proximo, cone. min. attentis, quæ dantur ex parte actus primi proximi, & quæ sunt intrinseca actui primo proximo, nego min. & consecq. Quia haec ratione, ut sapè diximus, potest impedire scientiam Medium de consensu, quæ simul cum auxilio, constituit antecedens connexum cum consensu, quia scientia Media est extrinseca libertati, & est in signo timori ad consensum.

53 Obij. 4. Ex Thyrso tom. 2. dis. put. 12. à sect. 2. Creatura non potest determinare decretum compatibile. Prob. 1. Creaturæ nihil potest circa decretum, nisi quatenus potest circa scientiam Medium. Sed scientia Media de consensu non est necessitas decernendi auxilium, decretum compatibile ergo nequit determinare decretū. 2. Creatura nequit determinare Deum, ad aliquid decernendum, nisi in vi alicuius dispositionis divinae, libere amat a Deo.

&c

& ut amata à Deo : quomodo enim
creatura determinabit voluntatem divi-
nam, nisi ex facultate liberè data à Deo,
atque adeò ex suppositione liberè ama-
ta à Deo. Sed in casu praesenti non da-
tur dispositio, quæ, ut volita à Deo, pos-
sit, determinare Deum ad decretum
compatibile: quia solùm datur supposi-
tio auxilij, quæ, ut volita per decretum
incomponibile cum dissensu, nequit, de-
terminare Deum, ad decretum compo-
nibile cum dissensu : ergo creatura ne-
quit, determinare decretum compatibi-
le. Ex hoc infert, creaturam non posse
impedire decretum connexum: alias,
cùm non posset adquirere decretū com-
patibile, posset, facere, auxilium existe-
re sine ullo decreto.

54 Resp. negando assumptum, lo-
quendo de determinatione directa va-
ga, & paulò plus, quàm logica, ut dixi-
mus sect. 3. Ad prob. concess. mai. dist.
min. Scientia Media inefficaciaz non est,
se sola, connexa cùm decreto compati-
bili, conc. min. Scientia Media ineffica-
ciaz, simul cùm auxilio, vel supposito
auxilio, nego min. & conseq. Solutio
constat ex dictis. Ad 2. nego mai. quoad
2. part. quatenus dicit ly ut amata: quia

Verum est, creaturam non posse, determinare decretum Dei, nisi ex suppositione auxiliij voluntarie, & liberè dato à Deo, quod auxilium constituit potestatem proximam creaturæ, ad acquirendum decretum; & non constituit hanc potestatem auxilium, ut amatum: quia, ut amatum, dicit decretum collativum, seu amoremy & decretum collativum, & amor sunt extra potestatem proximam creaturæ determinandi decretum. Et hinc patet ad reliquæ

SECTIO VI.

An Deus de facto conferat auxilium efficax per decretum cōnexum cum consensu?

35 **S**up. i. Cum omnibus apud Izquierd. disp. 40. num. 60. Iunio sect. 10. cap. 4. num. 6. Deum non posse, odio habere honestatem; et si aliquando possit velle carentiam honestatis: ideoque etiam qui dicunt, Deum posse, dare auxilium inefficax, *quia inefficax*, quales sunt Vazquez, Meratio, Alarcon, apud Rabad. disp. 8. num. 1. Uq. disp. 40. num. 8. Quiros disp. 22. num.

num. 42. licet sibi discors à num. 42.
 hi omnes dicunt, Deum non amare in-
 efficaciam in actu secundo : quia hoc es-
 set, amare peccatum, & odio habere
 honestatem. Id clare docet Iano sect.
 10. cap. 4. num. 7. dicens, Deum sepe
 dare auxilium, quia inefficax; non ta-
 men amare; sed potius, odio habere in-
 efficaciam. Sicut, quando inimicus vult
 malum inimico, quia inimicus est, non
 amat, sed odio habet inimicum: sic Deus
 dans auxilium inefficax in postnam pec-
 cati, vult auxilium inefficax, quia ineffi-
 cax; sed non amat; potius, odio habet
 inefficaciam. Et Herrer. quest. 12. Mu-
 niesa disp. 7. sect. 10. Aranda lib. 3. de
 Incarn. disp. 2. sect. 6. P. Doct. Vin-
 centius Ramirez disp. 14. de prædest.
 dicunt, Deum posse dare auxilium, quia
inefficax, ly quia denotante rationem
 conditionis: quia iudicant, Deum posse
 prædefinire penitentiam, ante absolute
 prævisum peccatum. De hoc iam dixi.
 mus disp. 8. de Incarn. cum Suarez, Ri-
 baden. disp. 8. de prædest. apud quem
 plures. Deum non posse prædefinire pe-
 nitentiam, ante absolute prævisum pec-
 catum; quia hæc intentio determinaret,
 ad amandam inefficaciam in actu se-
 cundo.

Quia

56 Quia ex intentione finis, nequit oriiri electio, quae non sit electio formalis, eligens medium, quia utile ad finem: & electio eligens hoc medium, se ligendo hoc ab alio, seu eligens hoc, præ alio, debet amare maiorem utilitatem, quam habet hoc medium, potius, quam aliud. Hoc stradere, ibi intendimus, præter rationes à priori. Quia, si gut intentio specificatur à fine, ita electio specificatur ab utilitate mediæ. Sed intentio ita respicit bonitatem finis, ut bonitas sit formaliter amata: ergo electio ita respicit utilitatem mediæ, ut utilitas sit formaliter amata. Prob. Mai. ex D. Thom. quæst. 8. art. 3.. Sed contra: *Actus specificantur ex obiectis: & diversæ bonitatis sunt finis, & id, quod est ad finem, quod dicitur utile.* Et ibi art. 2.. *Ea, que sunt ad finem, non sunt bona, vel volita propter ipsa; sed ex ordine ad finem: unde voluntas non in ea fereatur, nisi quatenus fertur in finem: unde hoc ipsum, quod in eis vult, est finis.* Et ibi art. 3.. *In ea, que sunt ad finem, in quantum huiusmodi non potest ferri voluntas, nisi feratur in finem.* Et ibi, ad secundum: *Quandocumque quis vult ea, que sunt ad finem, vult eodem actio finem.*

Ubi

57 Ubi, ut vides, ex mente Divi Thom. electio, ad quam determinat intentio finis, non est electio praescindens a materiali, & formali; sed est electio formalis, & tendentia voluntatis, quæ sit amor medijs, ut medijs, & simul sit amor finis: adeòque medijs, ut utilis ad consequendum finem. Ex quo sequitur, electionem ortam ex intentione finis, quæ eligit A, præ B, non respicere quamvis utilitatem repartam in A; sed eam, quæ reddit A, potius utile, quam B: quia, si de ratione electionis est respicere, & amare utilitatem; de ratione electionis A, præ B, erit respicere, & amare maiorem utilitatem, quæ datur in A, præ B: quia, si rogaretur, cur eligis hoc medium, præ alio, sanè responderet: quia hoc est utilius alio.

58 Ibi refutatus Ribaden. de act. hum. disp. 10. cap. 10. & disp. 8. de prædest. Izq. disp. 32. de Deo, quest. 5: Iunio sect. 10. cap. 4. P. Doct. Vincent Ramírez disp. 14. de prædest. cap. 3. dicentes, motivum obiectivum, ad amandum aliquid, posse, nonamari. De quo ibi. Sed quidquid sit, an in alijs materijs motivum obiectivum amandi possit, non amari, qd quo disp. 4: de bonit. &

R.

ma-

malit. sect. 4. Hæc regula nōn habet lo-
cum in electione orta ex intentione fi-
nis: quia , ut vidimus , ex D. Thom. de
ratione electionis est, amare utilitatem
medij : & de ratione electionis *A* , præ
B , est , amare maiorem utilitatem , quæ
datur in *A* , præ *B* , eam̄ ordinando ad
finem , & amando eodem actu finem . Vi-
de ibi , & disp. 8. de Incarn. sect. 4.

59. Sup. 2. ex dictis disp. 2. sect. 4.
Deum esse specialem benefactorem, sal-
tem , frequenter loquendo , in collatio-
ne auxilij efficacis : ideoque moveri ex
efficacia , ad dandum auxilium efficax ,
& dare illud , quia efficax . Hanc esse
communem nostrorum sententiam , te-
statut̄ Ribad. disp. 3. num. 1. Rip. disp.
113. addens , ita præscriptum , esse toti
Societati à P. N. Generali Claudio
Aquaviva , quos citat , & sequitur Her-
rera quæst. 5. sect. 3. P. Doct. Vincen-
tius Ramirez disp. 11. cap. 4. Ex qui-
bus.

60. Dico. Verisimile est , Deum
semper conferre auxilium efficax per
decretum connexum cum consensu .
Prob. Deus , utpotè specialis benefa-
ctor , semper dat auxilium efficax , quia
efficax . Sed magis commendatur bene-
ficien-

ficientia Dei erga nos , & melius intelligitur vehemens , & ardens desiderium nostræ salutis , si illud conferat per decretum connexum cum consensu : ergo Deus dat auxilium per decretum connexum cùm consensu .

61 Obij. Si Deus de factō, ut specialis benefactor, dat auxilium, quia efficax, per decretum connexum cum cōsensu, hæc esset bona consequentia: *Deus non dat auxilium, quia efficax, ut specialis benefactor, per decretum connexum cum consensu: ergo non dat auxilium efficax.* Sed dissentiens non potest, impedire hoc consequens: *non dat auxilium efficax:* ergo non potest, dissentire. Prob. min. Dissentiens nequit, impedire antecedens *relatum*, ex quo infertur: ergo nequit, impedire consequens. Prob. ant. Si posset, impedire antecedens relatum, posset determinare oppositum, scilicet, *Deus dat auxilium, quia efficax, ut specialis benefactor, per decretum connexum.* Sed dissentiens nequit, hoc determinare: quia hoc unicè pendet ex libertate Dei: ergo.

62 Resp. Dist. mai. Hæc est bona consequentia: *Deus non dat auxilium, quia efficax, ut specialis benefactor, per de-*

decretum connexum : ergo non dat auxilium efficax ; in hac providentia , conc. mai. est bona consequentia absolute ; Deus non dat auxilium , quia efficax , &c. ergo non dat auxilium efficax : nego mai. quia in alia providentia posset , dare auxilium efficax , quin esset formaliter specialis benefactor , quin illud daret , quia efficax , nec per decretum connexum , & nego min. dato auxilio , prius consequens includit in hac providentia . Ad prob. dist. mai. Dissentiens non potest , impedire antecedens relatum , & potest , impedire praesentem providentiam , conc. mai. & nequit , impedire praesentem providentiam , nego mai. & hinc patet ad reliqua . Si forte quis velit , quod voluntas creata non possit , impedire praesentem providentiam dicere poterit , quod , dato auxilio , poterit determinare indirecte decretum connexum cum consensu ; quia , dato auxilio , potest , ponere consensum , qui , simul cum ea providentia , quae ponitur inimpedibilis , constitueret antecedens connexum cum eo , quod Deus daret auxilium , quia efficax , ut specialis benefactor , & per decretum connexum cum consensu .

63. Obij. 2. Beneficium non est
affid.

estimandum ex even*tū* pendentī à libe-
tate recipientis: Sed , Deum dare auxi-
lium efficax, ut specialem benefactorem,
& per decretum connexum, pendet à vo-
luntate recipientis : ergo. Prob. min.
Dato auxilio, recipiens posset, dissentire,
& facere , quòd auxilium non esset effi-
cax, nec datum, quia efficax, nec per de-
cretum connexum. Resp. dist.mai. Be-
neficium non est estimandum ex even*tū*
pendentī à libertate recipientis, si faciens
beneficium non det *physicè*, neque *mora-*
liter eventum pendentem à voluntate
recipientis ; permitto mai. si det *physicè*,
& *moraliter* eventum pendentem à vo-
luntate recipientis, nego mai. & distincta
similiter min. nego conseq. quia ut dixi-
mus disp.4.de lib.arb.sect.2. Deus, dān-
do auxiliū in circūstantijs, in quibus
videt, coniungendum cum consensu, mo-
raliter dat consensum , & moraliter dif-
cernit consentientem à dissidentie , eo
quòd det auxilium in eis circūstantijs
ex intentione consensus : & potius hæc
sunt vera, quando dat auxilium in his cir-
cumstantijs per decretum connexum cum
consensu.

64 Obij.3. Si Deus, quoties dar-
auxilium efficax, illud dat , quia efficax,

& per decretum connexum cum consensu ; quando non dat auxilium , quia efficax , neque per decretum connexum, cum consensu , quasi insidiabitur salutis reproborum , querens media inefficacia, potius , quam efficacia ad salutem: quasi solitus , ne forte per alia media consequantur salutem : ergo dicendum est , Deum non dare auxilium efficax, quia efficax , nec per decretum connexum cum consensu ; Imò dicit Lefio , & Ribadenei. dicendum, ita Deum æquilater dare auxilia sufficientia ad salutem, ut, in conferendo , nullum habeat respectum ad bonum, vel malum usum nostræ voluntatis. 2. Quia non percipitur, quod serio, & ardenter daretur auxilium inefficax ex intentione salutis, si ante collationem attenderetur , & daretur notitia abusus, & diffensus.

65 Resp. ex dictis. disp. 1. & 2. Scientiam Medium dirigere, & præcedere non solum ad collationem auxilij efficacis, quia efficacis , sed etiam efficacis, etsi non moveatur ex efficacia, ut diximus disp. 2. sect. 5. & dum confertur auxilium inefficax, ut diximus disp. 3. sect. 1. ex quibus. Resp. nego ant. quia, ut dicit Paul. ad Rom. 9. *Cuius vult misere-*
tur

*¶*ir, & quem vult, indurat. Jacob elegit,
Esau odio habuit, ex suo dominio, & vo-
luntate. Et ad Corinth. 4. *Quis est, qui ea*
discernit? In qua Augustin. Enchirid. cap.
32. *Deus discernit, conferendo illam gra-*
xiam, per quam preparat voluntatem. &
illam adiuvat. Et ad Simplician. quæst.
2. *Per illam gratiam discernit Deus, per*
quam vocat modo, quo, novit, congruere
vocato, ut vocationem non respuat. Et lib. 5.
de prædest. SS. cap. 5. *A quo, nisi ab illo,*
qui te discernit ab alio, cui non donavit,
que donavit tibi. D. Thom. I. par. quæst.
25. art. 5. ad 2. *Non tamen potest esse,*
quod aliqua faciat, que non presciverit,
& præordena verit, se facturum. Et sub-
dit rationem: *quia ipsum facere subiaceat*
præscientie, & præordinationi. Et 3.
cont. Gentes, cap. 98. *Non est possibile,*
quod aliquis faciat, quod non sit ab eo voli-
tum. Et 2. cont. Gent. cap. 23. *Atque*
ad eo quidquid ab ipso causatur, cognitum
est, & volitum à Deo. Ex quibus, & ex
dictis disp. I Q. de scient. sect. 4. & disp. I I.
sect. I. vbi vidimus, Deum attendere cir-
cumstantias loci, & temporis, ad dandum
gratiam congruentem, constat, ad colla-
tionem auxilij præcedere scientiam de
efficacia; & ex nuper dictis constat, dare

gratiam, quia efficacem. Similiter con-
stat ex dict. disp. 3. sec. 4. quomodo com-
ponatur cum scientia inefficacia, quod
Deus serio, & ardenter deside-
ret consensum, &
salutem.



DIS.

DISPUTATIO V.

DE DECRETO APPLICATIVO Omnipotentiaz.

CUM EGERIMUS DE DECRETIS
Dei circa media, quæ adhibentur circa
nostros actus liberos; agendum mo-
dò de decretis, quæ immediate
versantur circa ipsos
actus,

SECTIO I.

*An, ut Deus operetur ad extra, præviè re-
quiratur aliquid exercitium liberum,
quo applicet Omnipotentiam,
ad operandum?*

Sup. i. Deum physicè im-
mediate concurrere ad
omnem entitatem crea-
tam bonam, ut constat ex
Script. & PP. apud Ruiz disp. 5. de pro-
vid. sect. 2. & 3. Raynaudo in discussio-
ne novæ libertatis, 2. part, capit. 4. ideo
sententia Nicolai Boneti, Pelagij, Du-
randi, Aureoli, & Dolz gravibus nota-
tur

tur censuris. Dixi entitatem *bonam*: quia, Deum non concurrere immediate ad entitatem actus mali, rationabile iudicat Bonav. Ariminus: & non destitutum auctoritate iudicat Vazquez, & probabile Petrus Hurtado apud Izquier. disp. 38. quibus satis favet Ribadeneir. Sed hoc errori proximum iudicat D. Thom. in 2. dist. 37. quæst. 2. art. 2. & hæ reticum credebatur à multis tempore Alberti Magni, apud Izquier. num. 74. & Aranda disp. 34. num. 174. Hoc non vetat, Deum licet, & liberè permettere peccatum ex Aug. Enchirid. cap. 27. *Quia melius iudicavit de malis benefacere, quam mala esse, permittere.*

2. Necesitas huius influxus immediati fundatur in dominio Dei, & subiectione creaturæ, ita, ut saltem ex utroque resultet efficax ratio, ad probandam necessitatem huius influxus: quia necessarium est, ex yī dominij Dei, & subiectionis creaturæ, ut potè perfectissimi dominij, & summae subiectionis, ut nihil creature existat, nisi immediate subiectum quoad esse, & conservari dominio Dei: alias non esset perfectissimum dominium Dei, nec summa subiectio creaturæ.

Cùm

3 Cùm ergo de fide sit , Deum non agere ex necessitate naturæ, nec ex eo modo, sed perfectissima Sapientia , & arte , & omnino liberè facere omne bonum, & permettere malum, communiter necessariò creditur , aliquod esse exercitium liberum Dei , quo liberè applicet suam Omnipotentiam ex Iob.23. Quodcumque voluit, hoc fecit.Psalm.113.Omnia quecumque voluit fecit. Psalm.148. Ipse dixit , & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.Sapien.11. Quomodo enim posset aliquid permanere , nisi tu voluisses. Apocalip.4. Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant , & creata sunt. Ephes.1. Operatur omnia secundum consilium voluntatis sue : Ideò non rectè docuit Vazquez, & alij apud Izquierd. disp. 38. numer. 65. Omnipotentiam applicari per immensitatem, sine prævia voluntione.

4 Difficultas est : an hoc exercitium Dei debeat esse præviu[m] ad actionem, qua in actu 2. Deus operatur ? Hemelm. Ortega controv 3. de Deo, disp. 3.& alij apud Muniesa disp.9.sect.2.non distinguentes Omnipotentiam à voluntate, non videntur, exigere præviam operationem, ad operandum. Et multi cum.

D.

D. Thom. Caprepolo, probabiliter dicunt apud Ribadenei. disp. 10. num. 16. Dei actionem ad existentiam creaturarum consistere in volitione Dei. Idem docet Palancus de provid. frequenter, qui actionem Omnipotentiæ ponit in decreto, quo immediatè producit actionem creatam. Idem ferè Vazq. i. part. disp. 99. cap. 7. & alij connotantes apud Izquier. disp. 38. num. 65. qui non exigunt, hoc decretum esse prævium; sed suffi cere esse comitans: et si alij connotatores, pro diverso modo constituendi connotatum, diverse sentiant. Ribaden. disp. 10. præter decretum erga alia constitutiva libertatis, non requirit aliam applicacionem Omnipotentiæ, quam suum decretum comitans, quo non effectivè; sed affectiè influit in effectum. Reliqui omnes requirunt præviam applicationem Omnipotentiæ; et si in qualitate differant, Thomistæ apud Boliv. tract. 5. dub. 3. dicunt, Omnipotentiam applicari per decretum antecedens, & absolutum, & addunt physicam prædeterminationem. Cum his (reiecta prædeterminatione) convenient plures Scotistæ. Etsi quinque ex præcipuis apud Izquier. num. 66. ne decretum lèdat libertatem, prærequirunt

Punt scientiam Medium, quibus conser-
tire, videtur Muniesa disp. 3. de provid.
Sect. 5. dicens, Omnipotentiam appli-
cari ad actus bonos per decretum con-
nexum cum operatione. Et Aranda dis-
put. 34. num. 191.

5. Omnes Nostri dicunt, Omnipo-
tentiam præviè applicari per exercitium
indifferens ad nostros actus liberos. Nā
aliqui apud Ribaden. disp. 5. num. 20.
dicunt, applicationem Omnipotentiaz
(positis alijs constitutivis libertatis)
consistere in *omissione* volitionis; qua,
velit, necessitatē antecedenter. Alij (po-
sitis alijs constitutivis libertatis) in *noli-
tione* necessitatis antecedentis. Ita He-
rize, Herrer. quest. 8. num. 3. & alijs.
Idem tenere, videtur Ribaden. disp. 10.
num. 19. Reliqui Nostri dicunt, Omni-
potentiam applicari ad actus liberos, si-
vè bonos, sive malos per decretum,
quod sit efficax, quoad applicandam
Omnipotentiam; & inefficax, quoad
concursum in actu secundo. Quoad ef-
fectus à soli Deo pendentes, vel pen-
dentes à Deo, & creatura, sed ab hac
necessariò, applicari per decretum con-
nexum cum operatione. Et, licet aliqui
negant; communiter dicunt, hoc decreta
con-

constituere potestatem proximam. Vide AA. apud Ribaden. à disp. 9. ad 11. Izquier. disp. 38. num. 64. Iunio sect. 7. P. Doct. Vincent. Ramirez disput. 10. cap. 2.

6 Si verò actus necessariò procedentes à creatura sint materialiter mali, ut motus primo primi, dicit Iunio cap. 9. num. 10. Omnipotentiam applicari per decretum indifferens; sed alij, ad eiusmodi effectus necessarios materialiter malos, dicunt, Deum concurre-re per decretum connexum, & eos cau-sare per se. Vide AA. disp. 6. de botit. & malit. sect. 3. disput. 2. de act. hum. num. 79. & disp. 6. de peccat. Quando-verò causa ex se est necessaria, ita, ut eius exigentia sit debitus concursus, suf-ficere, Omnipotentiam applicari per decretum indifferens, dicunt Arriaga 1. part. disp. 32. Oviedo controv. 6. physic. punct. 2. & supponitur à Suarez prologom. 2. de grat. cap. 7. num. 16. Imò simili decreto, videtur, satisfieri exigentia causa, quidquid dicat Izquierdo supr. num. 126. quia natura solam curat de consecutione illius, quod pe-tit, & non curat de qualitate decreti, quo obtinebit effectum. De modo ten-den-

dendi decreti applicativi sunt vatis sententiaz, de quibus postea.

SECTIO II.

Deus ad effectus necessarios causæ secundæ sapè applicat Omnipotentiam per decretum efficax, & interdum per decretum indifferens.

7. Sup. 1. Omnipotentiam sufficienter applicari ad effectus non malos, provenientes à causis necessarijs, per decretum indifferens. Prob. Ad effectus necessarios eiusmodi sufficit ea applicatio, quæ reddat causam naturaliter connexam cum consecutione effectus. Sed, positis reliquis præ requisitis, & applicatione Omnipotentiaz per decretum ex se indifferens, ignis, v. gr. est naturaliter connexus cum existentia caloris: ergo ad effectus necessarios causæ necessariæ sufficienter applicatur Omnipotentia per decretum indifferens.

8. Sup. 2. Præ huiusmodi effectibus esse aprissimam applicationem decretum ab intrinseco efficax: quia per tales decretum Deus exercet suum dominium,

nium, determinande operationem creaturæ quoad speciem, & quoad individuum. Difficultas esse poterat de decreto indifferenti. Sup. 3: Pro effectibus à solo Deo procedentibus, Omnipotentiam applicari per decretum conexum cum effectu: quia nulla aptior applicatio excogitari potest, ut Omnipotentia, subiecta voluntati Dei, operetur, quam imperium voluntatis, ex Genes. i. *Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.*

9. Sup. 4: Cum Suarez metaph. disput. 11. sect. 1. num. 3. Vazq. 1. 2. disp. 95. cap. 4. Non esse contra Scripturam & SS. PP. dicere, Deum non esse causam per accidens effectus per se non malum: quia, etsi de facto omnis effectus non malus sit per se causatus à Deo, contra Manichæos dicentes, aliquis substantias esse intrinsecè malas; possibile tamen est, quod Deus eiusmodi effectus, pro suo natu velit, causare solum per accidens. Imò, id possibile iudicant Rip. & Izq. ut diximus disp. 46 de VII. sect. 6. Ideò, licet hæc sit bona conseq. *Est effectus per se causatus à Deo;* ergo *est non malus;* non ab opposito: *Est non malus;* ergo *est per se causatus à Deo;* quia

quia hæc solum valet in hac providetia:

10. Dico: ~~Eum~~ quoad effectus necessarios non malos causarum secundarum frequenter applicare suam Omnipotentiam per decretum connexum, & interdum per decretum indifferens. Quod frequentiter applicet Omnipotentiam per decretum connexum, non indiget probatione: quia hoc tenet communis sententia Theologorum.

11. Quod applicet Omnipotentiam per decretum indifferens. Probatur. Ille modus applicandi Omnipotentiam concedendus est Deo, qui magis commendat dominium, & libertatem Dei: si salvet, Deum de terminare positivè causas secundas necessarias quoad individuum. Sed hic modus applicandi Omnipotentiam magis commendat dominium, & libertatem Dei: & salvat, Deum determinare positivè causas necessarias quoad individuum: ergo concedendus est Deo. Min. quoad 1. pare. est vera: quia sic datur in Deo libertas ad applicandum naturaliter Omnipotentiam per plura, & diversa exercitia, scilicet, iam per decretum connexum; iam per decretum indifferens pro libito sua voluntatis. Quod sic salvetur, Deum de-

terminare positivè causas secundas necessarias quoad individuum. Prob. Qui ponit antecedens connexum cum hac numero operatione quoad individuum; determinat positivè causam secundam quoad individuum. Sed Deus sic applicans Omnipotentiam, ponit antecedens connexum cum hac numero operatione: ergo. Prob. minor. Decretum non concurrendi ad alias operationes, et si, ex se, sit indifferens, simul cum reliquis prærequisitis ad operationem, in causa necessaria, est antecedens connexum cum hac numero operatione. Sed huiusmodi est hoc decretum: ergo. Mai. est vera: quia decretum applicativum, simul cum reliquis prærequisitis, est connexum cum operatione. Sed non cum alia: ergo cum hac.

12 Obijcies. Fortè decretum essentialiter supponens scientiam connexam cum effectu, est connexum cum effectu. Sed hoc decretum essentialiter supponit scientiam connexam cum effectu: ergo. Prob. min. Hoc decretum supponit hanc scientiam necessariam: si existat causa necessaria cum omnibus prærequisitis positivis, & negativis, existet effectus. Sed etiam supponit hanc scientiam.

Scientiam visionis, existunt omnia prærequisita: ergo. *Confr. m.* Si non supponeret has scientias, Deus applicans Omnipotentiam per hoc decretum, non determinaret positivè quoad individua. Sed determinat: ergo. 2. Si non supponeret essentialiter has scientias, Deus, posita applicatione, posset, non concurre, & posset, non existere effectus. Sed hoc videtur falsum: alias, frustra applicaretur Omnipotentia: ergo.

i 3. *Resp. concess. mai. nego min.*
Ad prob. concess. mai. nego min. Quia decretum applicativum Omnipotentia, sicut accidentaliter supponit posita omnia prærequisita: ita accidentaliter supponit scientiam visionis de reliquis prærequisitis. *Ad confirm.* *Dist. mai.* Deus non determinaret essentialiter, quoad individuum, per decretum applicativum, *concl. mai.* non determinaret accidentaliter, per decretum applicativum, *nego mai.* Et, si forte aliquando prius applicaret Omnipotentiam, ut potest, quam ponet omnia prærequisita: tunc per positionem ultimi prærequisiti, determinaret positivè quoad individua. *Ad 2. concess. mai. nego min.* & subsumptam probationem: quia posset

Deus pro suo nutu, &c, ut exerceat suum dominium, prius applicare Omnipotenciam, & tribuere voluntati hoc constitutivum voluntatis proximam, & postea dare, vel non dare, ut velit, reliqua præquisita.

SECTIO III.

Deus non applicat Omnipotenciam ad eventus necessarios, moraliter malos, seu, ex se materialiter malos, per decretum efficax ita, ut sit causa per se actus necessarij.

14

Ante probationem superpono, plures AA. apud Oviedo controv. 7. de peccat. dicere, Deum posse causare per se in voluntate creature odium Dei, quod sit necessarium creature. Ita Nominales, Capreolus, Conradus, Godoy tom. 2. in 1. part. tract. 4. disp. 36. quæst. 14. num. 121. dicens: Potest dari odium Dei omnino necessarium: in quo casu Deus necessitat voluntatem, & non causat malitiam, quæ in tali casu non datur in odio: actus enim non liber nequit, esse malus moraliter. Vazquez 1. part. disp. 191. cap. 3. num. 8. dicit: Casu, quo Dchs causaret per se odium Dei

nc-

necessarium, non fore auctorem peccati: quia odium necessarium elicitum, non force peccatum. Ibi refert sententiam aliquorum dicentium, Deum infundere Demonibus odium Dei; quam sententiam probabilem iudicat Gabriel, & Ocham, & dicit, hanc sententiam non esse impugnandam, ex eo, quod Deus foret auctor peccati; sed ex eo, quod odium Dei sit actus vitalis. Idem docet Tahn disp. 4. de pec. dub. §. nro. 10. Oviedo controv. 7. de pec. num. 5 r. dicit. *Seclusa difficultate, oratio ex vitalitate, Deum posse causare per se odium Dei extra subiectum, vel in subiectis, que non reddantur, formaliter odio habentem Deum, v. gr. in ligno, aut lapide.* His suppositis,

Probatur conclusio. Si Deus per decretum efficax applicaret Omnia potentiam, & causaret per se mendacium, vel odium Dei necessarium, Deus esset causa per se malitiae moralis mendacij, & odij Dei. Sed hoc non est dicendum: ergo Probatim. Ideo creatura causat per se actiones intrinsecè malas in subiectis; in quibus solum essent materialiter mala, quia velet quod est materialiter malum, & cognoscendo, esse malum, licet respectu eorum committentium

actiones, non esset formaliter malum; Sed Deus, sic causans per se mendacium, & odium Dei necessarium, causat per se, quod est materialiter malum, ita, ut sola ignorantia, vel necessitas excusat à malitia formalis: & sic causat liberè, & cognoscendo, esse ita malum: ergo Deus esset causa per se malitiae moralis. *Confirm.* Mendacium, & odio habere Deum, est ita per se malum, & dissonum rationi, ut non aliter possit, exerceri sine culpa, quam illud exercendo sine libertate, aut cum errore invincibili. Sed Deus sic causans per se mendacium, & odium Dei in Petro, v. gr. ea causaret cum libertate, & sine errore: ergo id exerceret cum culpa.

16. Prob. 2. Si Deus necessitatibus modo dicto, ad mendacium, Deus causaret per se quidquid est in peccato mendacij, praeter unum, quod est causabile à Deo. Sed hoc implicat: ergo. Prob. mai. Quidquid est in peccato mendacij, praeter libertatem, est actus mendacij, ut elicitus à voluntate cum cognitione. Sed Deus, sic necessitando, causaret per actum mendacij, ut elicatum à voluntate eum cognitione, & solùm non causaret libertatem; quæ est causabilis à Deo: ergo

Ergo. *Confirm.* Ideò, iuxta Thomistas, et si Deus prædeterminet ad materiale mendacij, & erroris moralis, nequit præcipere hoc materiale: quia malum, quod alteri, non imputaretur ad culpam, imputaretur, sic præcipienti. Sed idem accideret, si Deus, dicto modo, causaret per se mendacium necessarium: ergo. *Prob.* min. Ideò primum est verum: quia præcipiens est præcisius. Sed tam præcisius est sciens, & volens, liberè decernens, quam præcipiens: ergo. 2. Non minus excusat à culpa, operari ex necessitate, quam operari ex præcepto obligante: & magis est pro determinatione necessitatis actio facta ex necessitate; quam pro determinatione præcipientis actio facta cum cognitione obligationis ab elicente. Sed mendacium factum à voluntate cum cognitione obligationis, non excusaret à malitia præcipientem: ergo mendacium factum ex necessitate, non excusaret à malitia necessitatem. *Confirm.* 2. Ideò implicat præceptum Dei circa materiale mendacij: quia præceptum esset regula honestatis illius. Sed decretum decernens materiale mendacij, esset regula honestatis illius: ergo. *Prob.* min. Quod reddit mendacium conformo-

divino beneplacito ; quod nequit velle, nisi bonum ; est regula honestatis illius. Sed huiusmodi decretum necessitans redderet mendacium conforme divino beneplacito , quod nequit velle, nisi bonus: ergo . 3. Non minus repugnat mendacio non malitia , ac honestas. Sed quia repugnat honestas , nequit dari præceptum circa materiale mendacij: ergo quia repugnat non malitia, nequit, dari voluntatio libera divina circa mendacium necessarium, & circa materiale mendacij. Vide plura disp. 5. de peccat. vbi pro viribus impugnavimus prædeterminationem ad materiale peccati.

Obij. Qui sine libertate operatur, se habet in operatione, sicut agens naturale, v. gr. ignis. Sed nulla est inadvertia in eo , quod Deus concurrat ad effectus causarum secundarum naturarum : ergo neque in eo , quod determinaret , & necessitat ad effectus in natura turpes. Ad argum. Resp. dist. mai. Qui sine libertate operatur, se habet formaliter, ut agens naturale , conc. mai. quia non imputatur ipsi culpa; se habet materialiter, sicut agens naturale , nego mai, quia re vera ponit actionem contra legem obligantem ipsum in actu i. quod non facit

facit agens naturale; & concessa manu. nego conseq. quia determinanti imputatur malitia , quæ respectu agentis, est materialis; ut patet in homine , qui incitaret amentem ad odium Dei, occisionem , & alia, ex se, mala. Itaque in eo casu datur lex, per se , obligans in actu 1. ad vitandum odium, & mendacium, & ex se, vim habet obligandi in actu 2. et si per accidens non obliget.

18 Obij, 2. Dum quis iudicat invincibiliter personas divinas esse quatuor, Deus est causa per se erroris, quo credit, personas divinas esse quatuor. Sed hic error est materialiter malus : ergo Deus est causa per se actus materialiter mali. Idem accidit in mendacio , dum quis invincibiliter iudicat, esse bonum, & obligatorium, mentiri, ad vitandas rixas, quod frequenter accidit. Resp. dist. mai. Deus est causa per se illius erroris, ut in illis circumstantijs, conc. mai. prescindendo à circumstantijs, nego maior. & dist. minor. error, ut in illis circumstantijs, secundum existimatur obligatorius, est remota materialiter malus, conc min. est proxime materialiter malus, nego minor. & conseq. Itaque in eo casu datur regulus generalis dicens : honestum est facere, quod

282 *Disp. 5.*
quod certò iudicatur obligatorium ; & imperium talis erroris est bonum , & , si fiat per gratiam, ut fieri potest, est meritum vitæ æternæ , ut diximus disp. 3. de Fide, sect. 3. At verò in præsenti casu mendacium factum sine libertate, non est laudabile, nec potest consiliari, nec datur regula dicens, esse licitum, & minus, esse honestum, mentiri.

19 Obij. 3. Admissio, quòd actus vitales consistant in qualitate , & non in actione , ut verius iudicavi in philosophia ; Deus posset , se solo producere odium Dei in lapide : ergo similiter poterit necessitare , & causare per se odium in voluntate. Probant. quia tunc odium esset qualitas de genere physico , sicut albedo : quia non reddit lapidem, odio habentem Deum. Et hinc conseq. quia non minus manet in genere physico , odio habere Deum sine libertate; quam odium Dei in lapide. Resp. nego antec. Quia odium Dei est adeò dissonum rationi , & Deo, ut nullatenus sit causabile per se ab agente libero, & rationali , nec in subiecto rationali , neque in sensibili , nec extra subiectum : Ideoque, respectu causantis per se liberè, semper est in linea moralis.

Ex

20 Ex his sequitur, quod, si Deus applicaret Omnipotentiam ad similes effectus necessarios per decretum indifferens, vel per connexum; sed non in vi affectus; sed ratione tendentia adversativer, ita, ut non vellat, nec amaret actum materialiter malum, tunc dici posset, quod Deus non erat causa per se actus mali; & ita dici debet: quia moraliter non determinaret ad illum, nisi logicè, & permissivè: quia non tenetur negare applicationem Omnipotentis, dum causæ secundæ eam exigunt, ut in simili diximus disp. 4. de lib. arb. sect. 3. & disp. 1. de act. hum. sect. 2.

SECTIO IV.

Deus applicat Omnipotentiam ad actus liberos per decretum indifferens, & nequit eam applicare per decretum connexum.

21 **S**up. Hanc sententiam, quæ est communis nostris AA. ut vidimus sect. 1. fuisse etiam communem antiquis Thomistis, ut testatur Ortega controverg de Deo, disp. 3. quest. 2. certam. i. Oppositum tamen docent iam Tho-

Thomistæ apud Boliv. dicente in tract. 5.
dub. 1. §. 5. non sufficere decretum indif-
ferens ad actus nostros liberos : & dub.
3. §. 1. esse necessariam prædefini-
tionem efficacem ad existentiam actus
liberi, nam dub. 1. num. 77. de applica-
tione Omnipotentiæ diversè, seu varie
loquitur: nam iam dicit, decretum efficax
esse præparationem actualem, seu in actu
1. iam dicit, esse præparationem in actu
r. sed simul cum alia præparatione. Tan-
dem addit, quod, ut voluntas sit potens
in actu 1. debet, esse præparata Omnipo-
tentia, sed hanc præparationem consi-
stere in eo, quòd Deus sit potens, se de-
terminare, ad concurrendum. Per varias
conclusiones, nostra sententiam resol-
vemus.

Si a F. I. sententia nostra resolvatur.

22. Dico 1: Deus non applicat
Omnipotentiæ ad actus moraliter ma-
los per prædefinitionem efficacem ad
materiale odij Dei, v.gr. Prob. Si Deus
applicaret Omnipotentiæ p[er] prædefi-
nitionem efficacem ad materiale odij,
etiam materialiter sumptum, Deo tri-
bueretur malitia odij. Sed hoc implicat:
ergo. Prob. maior. (& denaus malitiam
peccati consistere in privatione : quia si
com-

consistat in positivo , fortiores sunt rationes, ut vidimus disp. 5. de peccatis.) Malitia formalis odij Dei consistit in eo , quod prædicatum genericum actus humani non contrahatur per differentiam amoris. Sed, si Deus vellet efficaciter materiale odij, materialiter sumptum , Deo tribueretur , quod prædicatum genericum actus humani non contrahatur per differentiam amoris: ergo. Prob. min. Cui tribuitur , quod actus contrahatur per differentiam essentialiter incomponibilem cum differentia amoris, tribuitur, quod actus non contrahatur per differentiam amoris. Sed, si Deus vellet efficaciter materiale odij, etiam materialiter sumptum ; Deo tribueretur , quod actus contrahatur per differentiam essentialiter incomponibilem cum differentia amoris: ergo. Min. videtur vera : quia Deo tribuitur, quod actus contrahatur per differentiam odij, etiam materialiter sumptum, secundum positivum, quod dicit hæc differentia: & differentia odij, etiam materialiter sumpta, secundum positivum, quod dicit, est essentialiter incomponibilis cum differentia amoris: quia amor, & odium eiusdem obiecti, non solum moraliter , sed etiam

eria in physicè opponuntur: & præcipue
opponuntur, quod idem actus sit amor,
& odium eiusdem obiecti.

23 Mai. quæ videtur vera, prob.
In omnibus essentialiter oppositis, cui
debetur, quod actus contrahatur per
differentiam dissensus, tribuitur, quod
actus non contrahatur per differentiam
assensus. Cui tribuitur, quod actus con-
trahatur per differentiam amoris non
prohibiti erga aliquod obiectum, tribui-
tur, quod non contrahatur per differen-
tiam odij. Cui tribuitur, quod animal
contrahatur per rationale, tribuitur,
quod non contrahatur per irrationale.
Sed non alia ratione, nisi quia ei tribui-
tur, quod contrahatur per differenti am-
essentialiter incomponibilem cum alia:
ergo cui tribuitur, quod actus contra-
hatur per differentiam eentialiter in-
componibilem cum differentia amoris,
tribuitur, quod non contrahatur per
differentiam amoris. *Confirm.* Qui vult
aliquid, cum quo cognoscit, aliud esse
non posse, vult carere illo alio. Sed
Deus volens efficaciter materiale odij,
etiam materialiter sumptum, vult, actum
contrahi per differentiam odij, cum qua,
cognoscit, non posse esse differentiam

amor.

amoris: ergo vult carere differētia amoris. Mai. est D. Thom. 1. 2. quæst. 71. art. 5. Qui vult aliquid, cum quo aliud esse non potest, ex consequenti vult, ille carere, nisi forte non perpendat. Et 1. part. quæst. 49. art. 1. Agens, in quantum sua virtute producit aliquam formam, ad quā sequitur corruptio, & defectus, causas sua virtute illam corruptionem, & defec-
tum. Et lib. 1. cont. Gent. cap. 81. numer. 4. Sapientis voluntas ex eo, quād est de causa, est de effectu, qui ex causa de necessitate sequitur.

§.

24. Dico 2. Deus non applicat Omnipotentiam ad actus nostros libe-
ros bonos per decretum efficax præde-
finitivum. Hæc conclusio probari pos-
set omnibus rationibus, quibus disp. 6.
de iustific. à sect. 1. probavimus, prin-
cipium connexum, immediatè influens
in actum, auferre libertatem actus, præ-
cipue, si principium sit inimpedibile à
voluntate. Et rationibus, quibus disp. 2.
de lib. arb. sect. 3. probavimus, prin-
cipium connexum inimpedibile, esse ne-
cessitatem antecedentem ad actum: quas

ya-

rationes non repetimus: quia ibi pro viribus latè sunt positæ. His omisis,

25. Prob. conclusio. Implicitat, voluntatem liberè elicere amorem, nisi sit parata Omnipotentia, ad concurrendum ad carentiam amoris. Sed implicitat, Omnipotentiam esse paratam, ad concurrendum ad carentiam amoris, dum parat Omnipotentiam ad amorem, volendo efficaciter amorem: ergo implieat Omnipotentiam parari ad amorem liberum per volitionem efficacem amoris. Prob. min. Implicitat, Deum esse paratum, ad concurrendum ad carentiam amoris, & velle efficaciter, per præparationem Omnipotentiæ non concurrere ad carentiam amoris. Sed Deus volens efficaciter, volitione præparante Omnipotentiam, concurrere ad amorem, vult efficaciter; voluntate præparante Omnipotentiam non concurrere ad carentiam amoris: ergo. Prob. min. Amor est essentialiter incomponibilis cum carentia amoris. Sed iuxta Div. Thom. I. 2. quæst. 71. art. 5. Qui vult aliquid, cum quo aliud esse non potest, ex consequenti vult, illo carere: ergo. Confirm. Omnipotentiam esse paratam ad carentiam amoris, est, ita esse paratam, ut,

tit, si per voluntatem non steterit, concurret ad carentiam amoris. Sed implicat, Omnipotentiam sic esse paratam, dum per volitionem preparat. Nam vult efficaciter amorem: ergo. Prob. min. Omnipotentiam esse sic paratam ad carentiam amoris, est, quod non, nisi per voluntatem, stet, ne detur caritia amoris. Sed velle efficaciter, concurrere ad amorem, est, velle, esse amorem, & quod carentia amoris stet per ipsum, & non per solam voluntatem: ergo.

26 Prob: 2. Dicitur applicatum Omnipotentiae constituit actum primum, potestatem proximam, voluntatem expeditam ad eius exercitia. Sed nihil constituens actum primum, potestatem proximam, & voluntatem expeditam ad eius exercitia, potest esse conexum cum actu: ergo. Mal. videtur vera: quia de ratione libertatis est, quod possit, coniungere sua exercicia cum omnibus praerequisitis ex parte actus primi, ut diximus disp. 1. de liber. arb. sect. 1. & disp. 6. de iustif. sect. 1. & 3. Min. etiam videtur vera: quomodo enim erit expedita ad sua exercitia, dum redditur incomponibilis cum uno exercitio. Confirm. Nequit causa creata libera,

T

ra,

ta, ut potè causa secunda, intelligi, potens in actu primo ad actum, quin causa prima intelligatur parata, ad concurrendum cum ipsa. Sed causa prima nequit, esse parata per decretum efficax, ad concurrendum cum creatura ad actum liberum, propter dicta: ergo nequit, parari Omnipotentia ad actum liberum, per decretum efficax.

27. Dices: Decretum efficax non constituere potestatem proximam creaturæ, sed solum potestatem proximam Dei, ad concurrendum cum creatura. Contra. Quando duæ causæ proximæ indivisim concurrunt ad actum, ita, ut actus non possit existere, nisi ab utraque, ex duabus sit una potentia proxima adæquata ad actum. Sed, per vos, decretum efficax constituit potestatem proximam Dei; & potestas proxima Dei, & creaturæ indivisim concurrunt ad actum: ergo decretum efficax constituit potestatem proximam creaturæ.

2. Præcise deficiente potestate proxima Dei, et si dentur alia constitutiva ex parte creaturæ, non datur potestas proxima creaturæ. Sed decretum constituit potestatem proximam Dei: ergo, & potestatem proximam creaturæ. Prob. mai.

Creat.

Creatura nequit, se sola, producere actum: ergo non datur potestas proxima creaturæ, deficiente potestate proxima Dei. Et eadem ratione non datur potestas proxima Dei, donec detur potestas proxima creaturæ: adeoque hædua potestates proximæ mutuò se includunt, & ex utraque resultat una potestas proxima adæquata. 3. Actus non est proximè possibilis, donec omnes causæ physicae essentiales ad actum sint proximè potentes ad actum: alias, sicut esset proximè possibilis actus ante potentiam proximam alicuius, esset etiam proximè possibilis ante potentiam proximam omnium, cum æqua sit ratio: ergo neque aliqua talium causarum est proximè potens ad actum, donec sint reliquæ: quia potentia proxima causæ, & possibilitas proxima extrinseca actus, vel idem sunt, vel sunt correlative.

4. Quævis conditio, ex parte causæ requisita ad causandum, constituit potentiam proximam causæ, ut omnes fentur: ergo multò magis expectabit ad potentiam proximam concursus physicae, cuius iuvamine magis eget, quam iuvamine conditionis.

28. Prob. 3. Præcipue contra Boz.

T a

4.

līvar. Decretum efficax, sive sit præparatio Omnipotentiae in actu primo, simul cum alio; sive sit præparatio in actu secundo, nequit esse necessarium ad existentiam actus liberi: ergo nullo modo præparatur Omnipotentia ad actum liberum per tale decretum. Probi. ant. Sola Voluntas determinat actu liberum, posita libertate. Sed, si ciuiusmodi decretum esset præparatio Omnipotentiae quovis ex his modis, non determinaret sola voluntas, supposita libertate: ergo. Mai. est D. Thom. & SS. PP. quos in solutione argumentorum ponemus.

29. Conta hanc conclusione plura obiecti solent, quæ soluta sunt disp. 4. de lib. arb. sect. 2. agendo de discretione consentientis à dissentiente. Et disp. 2. de lib. arb. à sect. 2. Ideo ea omitimus.

30. Obij. Impli. at, actu liberum existere, nisi ex determinatione Dei: ergo omnis actus liber essentialiter supponit decretum efficax prædefinitivum. Prob. ant. Nequit, existere, actus liber, nisi dependenter à dominio Dei, formaliter, & proxime. Sed nequit, existere dependenter à dominio Dei, formaliter, & proxime, nisi existat ex determina-

atione. Ergo. Prob. mai. Deus non
minus est supremus Dominus, & primus
Dominus, quam primum efficiens. Sed,
quia est primus efficiens, nequit, existere,
actus liber, quin immediatè influat in
actu liberū: ergo, quia est supremus Da-
minus, nequit, existere actus liber, nisi de-
pendet à dominio formalí, proximo ex
immediata determinatione Dei. *Confirm.*

Omnē ens non solū pendet in primo esse
proximè, & formaliter, à dominio Dei,
ut efficiente; sed etiam in conservari: ergo
omnē ens immediatè pendet à Deo, ut
Domino, etiam immediatè. Ant. constat
ex Sap. 11. *Quomodo posset aliquid perma-
nere, nisi tu voluntas: Ideò diximus disp. 2.
de vis. sec. 3. esse impossibilem creaturā
essentialiter indestructibilē. Prob. conse.
Ideò primum est verum; quia dominium
Dei est amplè universale, & magnum, ac
eius efficientia. Sed, quia est ita universa-
lis eius efficientia, debet influere in om-
nē ens proximè, & immediatè: ergo, quia
est universale eius dominiū, debet influ-
ere in omnē ens, ut immediatè Dominus.*

31. Confirm. 2. Nequit Deus, ne-
cessitari, ad influendum in actu liberū,
ex eo, quod dederit principia pro-
ximā, & expedita ad illum: ergo ultra

dominium, quod exercuit, dando principia proxima, necessarium est aliud exercitium proximum eiusdem dominij in actum. Prob. ant. Ideò Deus nequit, necessitari, ad conservationem, ex vi primæ productionis : quia non sufficit ad conservationem dependentia in primo esse; sed ultra, requiritur dependentia dominij in conservari. Sed ad existentiam actus liberi non sufficit dependētia principij proximi; sed requiritur dependentia proxima actus: ergo nequit Deus, necessitari, ad influendum in actum, ex eo, quod dederit principia proxima ad actum. 3. Si actus liber non penderet à dominio proximo Dei, creatura non subordinaretur dominio Dei. Sed hoc est falsū: erg. Prob. mai. Determinatio creature solum penderet præsuppositivè à dominio Dei: ergo 4. Si concursus creaturæ, ut est causa efficiens, solum præsuppositivè penderet ab efficientia Dei: causa efficiens creata non subordinaretur primo efficiēti: ergo si dominiū creature solum penderet præsuppositivè à dominio Dei, non subordinaretur dominio Dei,

ad 3. Quia potius dominium Dei, & Omnipotentia subordinaretur dominio, & determinationi creature. Sed hoc

est absurdum: ergo. Prob. min. Quia subordinatio , & subiecto dicit inferioritatem, & subjectionem respectu causæ , cui subiicitur , & subordinatur. 2. Quia ex duobus causis concurrentibus, & necessarijs ad effectum, illa principalius concurredit, quæ, in concurrendo, sibi subiicit , & subordinat aliam: quia ex terminis est notum , quod illa est causa principalior, quæ concurrit, ut domina, quam ea, quæ influit, subdita alterius imperio : ergo si Omnipotentia concurrit subdita, & creatura, ut domina, creature erit causa principalior. 3. Si Omnipotētia influit, ut subordinata, non concurrit, ut causa prima, quia causa prima ut talis, debet concurrendo, ut superior in influendo, & subordinando alias causas: sic: quia habitus subordinatur voluntati, in concurrendo; & potētia deambulatiya, in deambulādo, sunt inferiores volūtate, in cōcurrēdo, & ambulando. Hæc simul Boliv. dub. 3. à n. 71.

33 Resp. Dist. ant. Implicat, actum liberum existere, nisi ex determinatione mediata Dei , logica, vel physica , pro qualitate effectus, conc. ant. nisi ex determinatione immediata Dei, nego ant. Ad prob. nego mai. Ad prob. dist. maior. Non minus, & diverso modo, est Domi-

nus, ac primum efficiens, conc. maior. & eodem modo, nego mai. & concess. min. nego conseq. Itaque verum est, quod Deus, eo quod sit primum efficiens, debet, immediate influere in omne ens, ut diximus sect. 1. At vero, eo quod sit primus Dominus, non petit, immediate influere in actum liberum, ut proxime dominus, seu, ut proxime determinans: quia supposita libertate, sola voluntas est, que immediate determinat, ut constat ex Dionys. de Cœlest. Hierarch. lib. 9. capit. 9. Sicut in nostra potestate non est, ut divinae illuminationis donum offeratur; ita non, nisi in nostra potestate, est, ut oblatum suscipiatur. Ex Clement. Roman. epist. 3. Nihil est, quod audientis fidem, ad credendum, determinet, extra arbitrium eorum.... Si quid esset, quod, ad credendum, vel non credendum, determinaret meritum, & libertas tolleretur. August. de spirit. & lit. cap. 34. Consentire, & dissentire, propria voluntatis est. Et lib. 83. quæstion. q. 68. Si quis sibi tribuat, quod veniat vocatus; non tamen, quod vocatus sit. Et ad Simplician. quæst. 2. Ut velimus, suum esse, voluit, & nostrum; suum, vocando, nostrum, sequendo. Anselm. de Concor. cap. 1. Sola voluntas determinat ibi, quid teneat. D. Thom.

Thom. in 2. dist. 2. 8. quæst. 1. art. 1. Non esset homo liberi arbitrij, nisi ad ipsum determinatio sui actus pertinere. Et dist. 39. quæst. 1. art. 1. Potentia voluntatis, quantum in se, est indifferens ad plura; sed quod determinat exeat in hunc actum, non est ab alio determinante; sed ab ipsa voluntate. Et art. 2. Neque ad aliquid eorum determinatur, nisi ex se ipsa. Vide plura disp. 10. de scient. sect. 4. & 5. & disp. 2. de lib. arb. sect. 4.

34. Ideo Augustin. Enchirid. cap. 32. explicat dominium Dei, & quomodo illud exerceat in nostris actus liberis. His verbis: Restat ut proponam recte dñe. Eum intelligatur, non est voluntatis, quia hominis voluntatem, ut proponam ad iuvandam, & regimur preparatacum. Anselm. de Constab. cap. 3. uera similitudo divitissimis dantibus vestibus rudo, qd: si tunc dici potest, non est induuti, quod indueris sed misericordie donis remitem, multo prece magis hoc disceret, si ille, qui dedit, eftem dedisset etiam postularem, ea utendi. Et Thom. in 1. part. quæst. 6. Quidam causa primitaria plus infinito effectum, quam secundaria: quia mirum. Quæcausa secunda, eorum est à causa prima. Et in 2. dist. 2. quæst. 1. art. 2. ad 3. loquendo de gratia: ait:

Acti. Id est ipsa sola, sicutem actum, dicitur, operari, non, quod sine libero arbitrio operetur, sed, quia ipsa est principalior causa. Vide plura Disp. 4. de lib. arbitr. sectio. 2. l. 8. q. 4.

35. Ad confirm. Conces. ant. nego conseq. loquendo de dominio electivo. Ad prob. dist. mai. Aequum universale, & magnum, est dominium Dei electivum, ut eius efficientia, sed diverso modo, permitto mai. eodem modo, nego mai. conces. min. nego conseq. propter immediatam dicta. Permissi mai. Quia Deus non habet dominium electivum circa existentiam peccati, & physice causat peccatum consistentem in posse. Ad 2. confirm. nego ant. Ad prob. conces. mai. Et mihi nego conseq. Quia, non diximus: disp. 2. de viii) sect. 3. ex multis locis Script. & PP. Deus est liber, ad determinandum quamvis creaturam yat vero ex nullo loco Script. nec PP. constat, quod Deus possit, impedit exercitium creature, semel data libertate creature; potius constat, non posse impedire tale exercitium & cum sola creatura determinet, quid teneat, ex sepe dictis. Ad 3. Nego mai. Ad prob. dist. ant. Determinatio creature solam penitentiam.

penit

pendere, determinative, logico, præsuppositivè, à dominio Dei, conc. ant. solum penderet, effectivè, præsuppositivè, à dominio Dei, nego ant. & conseq. quia determinatio creaturæ immediatè penderet à dominio physico, seu à dominio physicè effectivo; non penderet immediatè à dominio electivo, seu immediatè electivo; quia nec datur, nec potest, dari hoc dominium Dei respectu actus liberi: alias, non determinaret sola voluntas. *Ad 4.* Conces. ant. dist. conseq. Si dominium creaturæ solum penderet præsuppositivè à dominio physico Dei, seu physicè effectivo, non subordinatur dominio Dei, conc. conseq. Si solum penderet à dominio electivo Dei, nego conseq. Quia Deus solum habet eiusmodi dominium electivum circa actum liberum: ideoque si ita penderet à dominio electivo Dei, subordinatur quantum potest.

36. Ad 5. Nego mai. et si non dissonet D. Thom. hec locutio: *Omnipotentia subditur libertati creatæ quoad usum libertatis.* Itaque aliud est, quod Deus, diuino libertatem, felicem creaturam in manu consilij sui, ut sola voluntas determinet, quid dicent, ut dicunt. *Si relin-*

-113-

&

& D. Thos. aliud, quod subordinetur; quia hec vox *subordinatio*, & *subiectio*, nictanda est, cum sonet inferioritatem respectu cause, cui subiectitur, & subordinatur; quam inferioritatem non habet Deus, dans creature esse, vites, & libertatem, quae non possit exire in actu, nisi Deo immediate concutentes. *Ad 2.* Conos. mai. nego min. quia, ut dixi, unus, Omnipotens non subiectitur, nec subordinatur creature; verum est, quod sola creatura influat, ut domina immediate electivas sed ita concurreat accepto esse, & dominio, à Deo; qui etiam physique immediate concurrit. *Ad 3.* Con-

conf. ant. nego consig. Habitus, & potestitia deambulatoria, non dant esse voluntati, nec determinant mediate logicè; sed solum sunt concusse patales, in omni sententia, inferiores, & subiecti voluntati; Deus vero dat esse voluntati, & libertatem, & mediate logicè determinat exercitium libertatis.

37. Dico 3. Decretum applicatum. Omnipotens debet, esse indifferens. Prob. Decretum applicandum. Om-

Omnipotentia, debet, esse tale, ut, semel posita libertate, solum maneat in dominio voluntatis, se determinare ad unum exercitium, praeterea alio. Sed hoc ipso, decretum applicativum Omnipotentiae est indifferens: ergo. Prob. mai. ex illo Ecclesiastici 25. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.* Et paulo post: *Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod vulneris, porridge manum tuam.* Et Matth. 11. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos.* Confirm. 1. Decretum applicativum Omnipotentis est tale, ut, data libertate, ipsa determinaret unum, praeterea alio. Sed hoc ipso est indifferens: ergo. Prob. mai. ex D. Thom. inv. 2. dist. 25. quest. unica, art. 1. ad 3. *Deus operatur in nobis, ita tamen, quod in unoquoque iuxta eius conditionem.* Unde in rebus naturalibus sic operatur, sicut ministrans virtutem agendi, & sicut determinans naturam ad eadem actionem, in libero autem arbitrio hoc modo agit, ut virtutem agendi ministret, & ipso operante, liberum arbitrium agat: sed tamen determinatio actionis, & finis in libero arbitrio constituyitur. Confirm. 2. Semper applic-

applicata Omnipotentia ad actus liberos, actus liberi eveniunt contingenter. Sed, si Omnipotentia applicaretur per decretum connexum, non evenirent contingenter: ergo. Prob. mai. ex D. Thos. 1. part. quæst. 19. art. 8. *Vult autem quædam fieri contingenter, & quibus aperavit causas contingentes, ex quibus efficiens contingenter eveniunt.* Sed una ex causis, quæ aptat, est Omnipotentia applicata ad actus liberos: ergo, applicata Omnipotentia, actus liberi eveniunt contingenter.

38. Obij. Ex Bolivar. Actus liber essentialiter exigit, existere providè causatus. Sed, posito solo decreto indifferenti applicativo, existeret absque providentia Dei: ergo. Prob. min. Posito solo decreto indifferenti, non existeret amor, præ odio, ex dispositione Dei: ergo. Prob. ant. Ex vi decreti indifferentis, non disponit esse amorem, potius quam odium: quia est in differens, ut, quodvis ponatur; & solum existit amor, præ odio, ex determinatione creaturæ: ergo. Confirm. Quod non existit ex dispositione Dei, existit absque providentia Dei. Sed, si Omnipotentia applicatur per decretum indifferentis, amor, præ odio, non

ext.

existit ex dispositione Dei; sed solum
ex dispositione creaturæ: ergo. Mai. est.
Boetij lib. 4. de consol. prol. 6. apud D. Thom.
hic quæst. 22 art. 2. Providentia
est ipsa diuina ratio, in supremo animism.
Principe constituta, quæ cuncta disponit.
2. Si daretur decretum indifferens, amor
existeret à casu respectu Dei; ergo non
existeret provide. Probant. Illud exi-
stit à casu respectu Dei; quod existit præ-
ter eius voluntatem, quin Deus velit,
existerere. Sed sic existeret amor; ergo.
Mai. est D. Thom. 1. cont. Gent. cap. 78.
ratione 4. Ubi probat, Deum velle om-
nia in singulari, & determinatè: quia ex
opposito sequeretur, existere casu. 3. et
Quod existit, Deo non iubente, existit
absque providentia Dei. Sed si daretur
decretum indifferens, amor, præ odio,
existeret, Deo non iubente: ergo. Mai.
est D. Thom. 3. cont. Gent. cap. 90. ubi
docet, ex persona blasphemantium dici
Thren, *Quis est iste, qui dixit, ut fieret, Do-*
nino non iubente. 4. Quod non existit
ex determinatione Dei, existit absque
providentia Dei. Sed si daretur decre-
tum indifferens, amor, præ odio, non exi-
steret ex determinatione Dei: ergo. Ma-
ior est D. Thom. 1. par. quæst. 23. art. 1.

vbi

vbi dicit, quod, negare, Deum prædeterminare electiones nostras, est, negare providentiam Dei: ideo Damascen. dicente: *Omnia quidem precongit scit Deus; non autem omnia prædeterminat*, dicit ad. R. Damascen. *Nominae prædeterminationem impositionem necessitatis: ergo supponit D. Thom. Deum ad omnia prædeterminare, prædeterminatione non necessitante:*

39. Resp. concess. mai. Nego min. Ad prob. nego antec. (loquendo de dispositione positiva, dum amor est bonus; & permissiva, dum est malus.) Ad prob. Dist. ant. Ex vi decreti indifferentis, non disponit (sensu dicto) immediate, esse amorem, præ odio, conc. ant. non disponit mediate, nego ant. & conseq. Quia dat auxilium prævisum efficax: & quia efficax, & per decretum connexum cum amore (dum est bonus) ut diximus disp. 4. fect. 6. & dat auxilium prævisum inefficax, dum amor est malus: ideoque logicè determinat, et si sine affectu, amorem malum. Ad 1. Confirm. concess. mai. nego min. quia omnia disponit (modo dicto) mediate, alia positivè, alia permis- sivè, dum sunt exercitia nobis libera. Ad 2. Nego ant. Ad prob. concess. mai. (dum amor

amor est bonus) ne gominot. quia Deus omnia bona vult in singulari, et si volitione inefficaci. Et quidem malitia formalis non existit à casu respectu Dei , & tamen non vult malitiam in singulari: sicut ergo ipsi interpretantur *ly velle omnia*, ita ut comprehendat malitiam, ita & nos interpretamur *ly velle bona de volitione inefficaci*. Ad 3. dist. mai. Quod existit, Deo non iubente strictè, vel latè id est, Deo non disponente, positivè, vel permissivè, existit absque providentia Dei, conc. mai. Deo non iubente strictè, nego mai. & ita exponit hunc locum noster Cornelius, Venerab. P. Gaspar Sanchez.

40 Ad 4. dist. mai. Quod non existit ex determinatione mediata, & logica Dei (positiva, vel permisiva, existit absque providentia Dei, conc. mai. ex determinatione immediata, nego mai. & multò minus ex prædeterminatione, physica Dei. Quia, ut monui disp. 2. de lib. arb. sect. 5. non inveniuntur apud D. Thom. nomina præmotionis physicæ, prædeterminationis physicæ: vel assignent ubi. Solum tribus locis nominat prædeterminationem sine addito physicam. It est his quæst. 2 3. art. 1. ad 4. ubi ait: Damasce-

nus nominat prædeterminationem imposi-
tionem necessitatis: sicut est in rebus naturalibus, que sunt prædeterminatae ad unum. Vnde prædestination non excluditur. Vbi, ut vides, contraponit prædeterminationem Prædestinationi. Et hanc dicit, daris
secus illam: quia prædeterminationem impor-
tat necessitatem: ergo, ex mente D. Thos.
prædeterminatione hic significat necessita-
tem oppositam libertati: Et dicit, ideo
negari à Dmasceno prædeterminationem
ad nostros actus liberos: quia prædeter-
minatione significat necessitatem. Secun-
dus locus est commentar. in Dionys.
de divin. nomin. cap. 5. dec. 3. Tertius est
1. 2. quæst. 1. art. 4. & in his locis, ut no-
tat Ruiz disp. 49. de scient. sect. 3 sumun-
tur pro Synonomis hi termini à D. Thos.
Prædestination, prædetermination, præordi-
nation, prædesinatio, hoc rāmen nomen
physica prædeterminatione nullibi inveni-
tur apud D. Thom. Vide loco citat. no-
biles Dominicanos, idem sentientes. Sa-
nè, quæst. 6. de malo, art. vnico, ad 1. ait:
*Intellectus movetur à voluntate, ad agen-
dum; voluntas autem non ab alia potentia;
sed à se ipsa.* Et cap. 3. de potenc. art. 7.
ad 1. *Voluntas dicitur, habere dominium sui
actus; non per exclusionem causæ primæ.*
Sed,

Sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam ad unum determinet... Ideo determinatio actus relinquitur in potestate voluntatis. Vide similia ex D Tho. §. antecedente. Et disp. 5. de pec. sect. 5. & disp. 2. de lib. arb.

41 Obij. 2. ex eod. Implicit, Deum, cæco, & ignorant modo concurrere ad existentiam actus liberi. Sed decreto indifferenti sic concurreret: ergo. Prob. min. Ille cæco modo concurrit, qui præparat concursum, ad effectum ponendum ex determinatione alterius. Sed Deus sic concuereret: ergo. Prob. mai. Qui tradit alteri manum, ex cuius determinatione formanda est litera A, potius quam B, cæco modo concurrit, ad formandum literam A, ergo. 2. Si sufficeret, Omnipotentiam applicari per decretum indifferentis, non esset necessaria applicatio indifferentis. Sed hoc negamus: ergo. Prob. mai.. Voluntas, positis reliquis prærequisitis posset determinare se, & Omnipotentiam ad amorem: Sed aliunde Deus, positis reliquis prærequisitis, posset, impedire atnorem: quia dici posset, quod ultra principia intrinseca, requiratur decretum, ea non impediendi. 3. Non esset inconveniens, quod, pos-

sitis illis prærequisitis; non posset Deus, impedire amorem: quia etiam, data libertate, nequit impedire amorem, iuxta nos: & ideo hoc non est inconveniens, quia Deus est liberum, dare libertatem, & posset impedire amorem, eam negando. Sed similiter est Deo liberum, dare omnia prærequisita: ergo.

4.2 Resp. conc. maior. nego min. Ad prob. dist. mai. Si ante præparatiōnem nesciat, quid akēr determinabit, parato concursu, conc. mai. si sciat, nego mai. & dist. min. nego conseq. Probatio similiter distinguenda, Deus autem sciētla Media scit, quid determinabit voluntas, data libertate, ut diximus disp. 2. & 3. Ad 2. Nego mai. Ad prob. nego mai. vel eam dist. Posset remotè se determinare, conc. maior. posset proximè, nego mai. & nego min. quia, ut diximus. sect. 1. & 2. Deus concurrit per voluntatem, & per positivam volitionem applicantem Omnipotentiam. De quo plura postea. Ad 3. nego mai. quoad 1. par. Qui verum est, quod, data libertate, nequit Deus, impedire amorem; sed libertas debet constitui per decretum applicativum Omnipotentiæ, quale non est decretum, dandi illa prærequisita: quia ad hoc non da-

datur fundamentum; imò, sic minus extenderetur dominium Dei: quia in hoc modo discurrendi non posset Deus, impedire amorem, . . positis reliquis præquisitis; & in nostro modo discurrendi potest, illum impedire: ergo, minus extenderetur dominium Dei.

Obij. 43. Posito decreto indifferenti, non esset maior ratio, quare creatura determinaret immediate actum liberum, quam Deus. Sed hoc est falsum: ergo, Proba naiorem. Posito decreto indifferenti, tam indifferens est Deus, ad concurrendum cum creatura, quam creatura ad concurrendum cum Deo. Sed, quando concurrunt dito agentia indifferenti; non datur maior ratio, ut pri-
mum determinaret secundum, quam è con-
tra: ergo. Contra: Determinaro ad consensum, præ dissensu, est ponere con-
sensum cum bimoda indifferentiad dis-
sensum; absque prævia determinatione alterius. Sed Deus in hoc casu ponere et
consensum, cum omnimaoda indifferentiad
ad dissensum absque prævia determina-
tione creaturæ ergo non est maior ratio,
ut creatura determinet Deum; quam
contra: Responde: Mai. Ad prob. dist.
inventi sui erroris. Neque illi qui dic
- ilque

mai. Posito decreto indifferenti, tam in-
differens est Deus, indifferentia contin-
gentia, quam creatura, conc. mai. indiffe-
rentia dominij electivi, nego mai. & dist.
min. Quando concurrunt duo agentia
æquè indifferentia, indifferentia dominij
electivi, non est, cur potius unum deter-
minet, æ aliud, conc. min. æquè indiffe-
rentia, indifferentia contingentia; sed
unum solum indifferentia dominij electivi,
nega mai. & conseq. Ad
confirm. dist. mai. Determinare ad con-
sensum, est, ponere consensum cum om-
nimoda indifferentia dominij electivi,
conc. mai. indifferentia folius contingenti-
a, nego mai. & dist. min. Deus ponere
consensum cum indifferentia contingentia,
conc. min. cum indifferentia dominij
electivi, neg. min. & conseq. Quia, ut dixi-
mus in rationibus conclusionis, data li-
bertate, sola voluntas est, quæ habet do-
minium electivum: quia sola voluntas de-
terminat meretur, consentit, vivit per con-
sensum. Et Deus, dando liberaliter liber-
tatem, reliquit eam in manu consilij sui,
ut pro suo arbitrio ponat omittat, & de-
terminet actum.

44 Obij. 4. Gonet. Si Omipo-
tentia applicaretur decreto indifferenti,
appli-

applicaretur decreto, aliunde determinabili. Sed hoc implicat: ergo. Prob. min. Decretum se habet ex parte causæ. Sed implicat causam, quæ expectet suum effectum, ut influat in illud, & determinet: ergo. 2. Si ita esset, Deus, præparans Omnipotentiam, expectaret determinationem creaturæ, ut simul cum ea ponessem effectum. 3. Ex Godoy. D. Thom. reducit libertatem nostrorum actuum in efficaciam divinæ voluntatis, quam non solum vult actus; sed etiam vult, fieri liberè. Sed hæc volitio est efficax: ergo ad actus liberos requiritur volitio efficax,

45 Resp. Dist. mai. Applicatur decreto, aliunde determinabili, id est, ab exercitio distincto à decreto, & à concausa distincta à decreto, conc. mai. determinabili à causa adæquata, ut distincta à decreto, nego maior. & nego minor sensu dicto. Ad prob. conc. maior. nego mi. quia quævis causa expectat causalitatem, ut in actu secundo causet effectum. Quod opponeretur rationi causæ, esset, expectare, quod aliunde, seu ab alia causa, esset priùs positus effectus, ut postea ipsa influeret in effectum: quia sic iniutiliter esset causa; non verò opponitur rationi

tioni cause, quod simul cum alia causa constituat causam adaequatam, & quod ea concusa sit, quae determinet, quae vivat, mereatur, & consentiat: sic constituit causam adaequatam habitus, cum voluntate, & decretum applicativum, & ipsa Omnipotentia, cum voluntate; quod decretum applicativum determinat activè inadæquate; quia activè concurrit in determinationem; non determinat formaliter immediate: quia non est connexum cum determinatione; nec denominative: quia non est principium volitivum, cui imparetur determinatio ad unum, potius quam ad aliud.

46. *Ad 2.* Conces. mai. sensu dicto, nego min. Nec est alienum in Script. & PP. quod Deus dicatur, spectare operationes creaturar. Isaiz 5. *Expectavi, ut ficeret ubas, & fecit lab. uscas. Expectavi iudicium, & ecce iniq. itas.* Apocalypsis 3. *Sto ad ostium, & pulso.* Ad 3. Conces. mai, & dist. min. Hæc volitio est efficax, quo ad dandum libertatem, conc. min. quo ad existentiam actus, subdist. Volitio collativa auxiliij, conc. min. applicativa Omnipotentia, nego min. & conseq. Itaque. Deus vult, nostros actus

actus existere liberè. Hæc volitio est efficax, in ordine ad dandum libertatem: quia, ut dicit D. Thom. eventui contingenti preparat causas contingentes. Similiter, ut diximus disp. 4. sect. 6. voluntio collativa auxiliij, remansisse habens ad consensum, est efficax in vi affectus; voluntio vero applicativa Omnipotentiæ est indifferens, proper rationes conclusoris.

47. Obij. 5. Duas propositiones damnatas ab Innoc. XI. i. Deus donat nobis suam Omnipotentiam, ut ea utamur; sicut aliquis donat alteri librum, aut villam. 2. Deus subiicit nobis suam Omnipotentiam. Sed hæc propositiones videntur continere nostram doctrinam: quia, iuxta nos, Deus ita parat suam Omnipotentiam, ut relinquatur dominio-voluntatis, quod eam determinet: ergo. Resp. conc. mai. nego min. Quia illæ propositiones iure sunt damnatae, ut iacent, & in nullo ex nostris AA. repetiuntur, ut iacent, similes propositiones. Quod unus, vel alter dicie, est, Deum quasi subiicere nobis suam Omnipotentiam, quod limitatum quasi valde alienat ly subiicit. Cui locutioni forte occasionem dedit Isai. 43. Seruire me, fac it
stis

stis in iniquitatibus. Anselm. de casu dia-
bol. cap. 18. *Non solum habet aliquis à
Deo, quod Deus sponte dat; sed etiam quod
sponte rapit, Deo permittente.* Et ex Ber-
nard. dicenti: *Deum, quasi in vitum, dam-
nare, ut vidimus disp. 3. sect. 4.* Et qui-
dem potius denotat, subjectionem esse
obligationem ex iustitia, ad faciendum,
quod velit creatura, quam parare indif-
ferenter Omnipotentiam, ut creatura
determinet. Et Thomistæ communiter
dicunt, ut vidimus disput. 5. de Incarn.
sect. 1. Deum non solum esse obligatum
ex iustitia, ad acceptanda merita Christi;
sed esse obligatum ex iustitia ad præ-
mianda merita Sanctorum. Verius ta-
men, & deceptius iudico, non esse uten-
dum his terminis: *Deus quasi subiicit Om-
nipotenciam:* quia videntur, male sonare:
qua solum ratione, forte iure damnare-
tur non solum hic modus loquendi su-
bijcit; sed etiam hic, quasi subiicit. Sa-
tius est cum Script. dicere, quod parat
Omnipotentiam, relinquendo nos in ma-
nu consilij nostri.

48 Obis. 6, Trident. sess. 6. can. 8;
dicit: *Si quis dixerit, mala opera, ita, ne
bona, Deum operari ... anathema sit.* Sed,
si indifferenter applicat Omnipotentiā,
et quē

æquè operatur mala opera, ac bona; quia decretum æquè est indifferens ad utrumque: ergo Resp. Conces. mai. negotio min. quia, licet decretum applicatum sit indifferens, est tamen volitio se- ria, & ardens bonæ operationis; & noli- tio inefficax male operationis, ut dixi- mus disp. 3. sect. 4.

SECTIO V.

Solvuntur argumenta, intendentia non esse necessarium decretum applicatum, praeter decretum causarum cum reliquis prærequisitis.

49 **A** Nte propositionem ob- iectionum sciendum est, esse communem modum loquendi Scrip- tur. & PP. Deum sua voluntate omnia facere. In Deo idem esse, velle, ac face- re. Et hac verba, quoad fieri possit, ri- gorosè intelligenda sunt: ideoque, si in- telligunt possint, ita, ut explicent volitio- nem directam operationis, hanc volitio- nem explicare, debent, præcipue, si ita magis extendatur dominium Dei. Quod autem Script. & PP. ita loquantur, con- stat ex Job. 23. *Quodcumque voluit, hoc fe-*

fecit. Ex Psalmi 15. Quicumque voluit,
fecit. Et Psalm. 148. Ipse dixit, & fa-
cta sunt: ipso mandavit, & creata sunt.
Ephes. 1. Operatur omnia secundum con-
suum voluntatis sue. Greg. Nisi in exa-
mene: In divina natura cum voluntate iea-
concurvare potestatem; ut Dei potestatis
mensura sit ipsa voluntas. Augustin. Eu-
chir. cap. 95. Non sit aliquid, nisi Om-
nipotens, fieri velut, vel sine modo, ut fiat,
vel ipse faciendo. Et lib. 3. de doctrin.
Christi. Colmatus Dei est prima, & sum-
ma causa omnium corporalium specierum;
& motionum. Et in Psalm. n^o 4. Apud
Dom^m hoc est, nolle, quod, facere: quia
ex eius voluntate res habent esse. Tandem
Genes. 1. Dixit Deus, fiat lux, & fuit
et lux. Vide plura apud Ruy disp. 11.
& 14. de voluntate hominis curva-
tione. 500 Obij. o. Omnipotentia! se ipsa
est virtus necessaria; ad concordandum
ad omnes iefficiens causarum securida-
rum. Sed alii inde per impossibilitatem esse
presens omnipotens causis secundis; ergo,
existente causa secunda, cum reliquis
potest requisitis, sufficienter applicata est
Omnipotentia, quoniam indiget alio de-
creto. 2. Prostata causa cum reliquis pre-
requisitis, & conditione, impediti pro-
duntur.

ductionem effectus: ignis, v. gr. est metaphysicè necessitatis, ad producendum ignem, cum concurso Omnipotentia: ergo non requiriatur aliud decretum applicativum, quam decreta, dandi prærequisita, & nolitio, impediendi effectum. Resp. conc. mai. dist. min. Per immensitatem est præsens physicè omnibus causis, conc. min. est præsens intentionaliter, & liberè, nego min. & conseq. Quia præsentia intentionalis, & libera Omnipotentia prærequisitur, ad causandum, ut constat ex textibus allatiis, & ex Iustino Mart. quæst. 3. ad Gét. Si Deus facit, quia est, coactè facit: si autem facit, quia vult, spontè facit, quando vult, quale vult, & quantum vult. Ideò scimus, ignem Babylonicum, cum reliquis prærequisitis, & præsentia physica Omnipotentia, non combusisse: quia deficit præsentia intentionalis, & libera per voluntatem.

51. Ad 2. Permissò ant. nego conseq. Quia, data nolitione, impediendi effectum, hæc nolitio secum afferet decretum applicativum Omnipotentia, quo velit productionem ignis, ut diximus sect. 2: quia, ponere in Deo hanc volitionem applicativam Omnipotentia, est

ma-

magis conforme Script. & PP. & magis commendat dominium Dei, & subiectionem creaturæ: sic enim effectus causa secundæ non solum existet, Deo immediate efficiente; sed etiam, Deo directè volente esse omnes bonos, & permettentes malos.

52 Obij. 2. Eò præcisè, quod voluntas habeat omnia prærequisita cum iure, determinandi se, & Omnipotentiam, Omnipotentia est sufficienter applicata. Sed, ut sic se habeat voluntas, non est necessarium decretum applicativum, constituens potestatem proximam: erga. Prob. min. Eò præcisè, quod voluntas habeat reliqua prærequisita, cum carentia necessitatis antecedentis ad actum, vel ad carentiam actus, voluntas existit cum iure, determinandi se, & Omnipotentiam. Sed voluntas potest sic existere, quin detur decretum applicativum, constituens potestatem proximam: ergo. Mai. videtur vera: quia voluntas sic existens, posset operari, & non operari, alias esset antecedenter necessitata, aut impedita. Prob. min. Ut ita existat voluntas, sufficit, quod detur in Deo nolitio determinandi, & nolitio impedimenti antecedentis,

aut

aut omissionis actus determinandi, aut impediendi: ergo, saltē pro actibus liberis, non requiritur decretum applicativum, constituens libertatem.

53 Resp. Dist. mai. Eò ipso, quod voluntas sit instructa omnibus prærequisitis, cum iure proximo, determinandi se, & Omnipotentiam, est sufficienter applicata Omnipotentia, conc. mai. cum iure remoto, determinandi se, & Omnipotentiam, nego mai. & nego min. de iure *proximo*. Ad prob. dist. mai. Hoc ipso, quod voluntas sic existat, cum carentia necessitatis antecedentis, est formaliter, vel illative cum iure proximo, se determinandi, & Omnipotentiam, conc. mai. est formaliter cum iure proximo, determinandi se, & Omnipotentiam, nego mai. & dist. min. Potest sic existere, quin formaliter interveniat pro eo signo decretum applicativum, constituens potestatem, permitto min. quin formaliter interveniat pro hoc, vel pro alio signo, nego min. & conseq. Quia, cum ex nostris rationibus supponamus, requiri decretum applicativum ex parte potestatis, nolitio necessitatis antecedentis, & impedimenti antecedentis secum affert decretum applicativum.

sitis in iniuriasibus. Anselm. de casu dia-
bol. cap. 18. *Non solum habet aliquis &*
Deo, quod Deus sponte dat; sed etiam quod
sponte rapit, Deo permittente. Et ex Ber-
nard. dicenti: *Deum, quasi in uitum, dare-*
nare, ut vidimus disp. 3. sect. 4. Et qui-
dem potius denotat, subjectionem esse
obligationem ex iustitia, ad faciendum,
quod velit creatura, quam parare indif-
ferenter Omnipotentiam, ut creatura
determinet. Et Thomista communiter
dicunt, ut vidimus disput. 5. de Incarn.
sect. 1. Deum non solum esse obligatum
ex iustitia, ad acceptanda merita Christi;
sed esse obligatum ex iustitia ad pre-
mianda merita Sanctorum. Verius ta-
men, & deceptius iudico, non esse uten-
dum his terminis: *Deus quasi subiicit Om-*
nipotentiam: quia videntur, male sonare:
qua solum ratione, forte iure damnare-
tur non solum hic modus loquendi su-
biicit; sed etiam hic, quasi subiicit. Sa-
tius est cum Script. dicere, quod parat
Omnipotentiam, relinquendo nos in ma-
nu consilij nostri.

48 Obis. 6, Trident. sess. 6. can. 8;
dicit: *Si quis dixerit, mala opera, ita, ne*
bona, Deum operari ... anathema sit. Sed,
si indifferenter applicat Omnipotentiā,
et que

æquè operatur mala opera, ac bona; quia decretum æquè est indifferens ad utrumque: ergo Resp. Conces. mai. nego min. quia, licet decretum applicatum sic indifferens, est tamen volitio seria, & ardens bonæ operationis; & nolitio inefficax male operationis, ut diximus disp. 3. sect. 4.

SECTIO V.

Solvuntur argumenta, intendentia non esse necessarium decretum applicatum, praeter decretum causarum cum reliquis prærequisitis.

49 **A**nte propositionem obiecctionum sciendum est, esse communem modum loquendi Scriptur. & PP. Deum sua voluntate omnia facere. In Deo idem esse, velle, ac facere. Et hæc verba, quoad fieri possit, rigorosè intelligenda sunt: ideoque, si intelligi possint, ita, ut explicent volitionem directam operationis, hanc volitionem explicare, debent, præcipue, si ita magis extendatur dominium Dei. Quod autem Script. & PP. ita loquantur, constat ex Job. 2.3. *Quodcumque voluit, hoc fecit.*

fecit. Ex Psalm. 15. Quicumque voluit;
 fecit. Et Psalm. 148. Ipse dixit, & fa-
 cta sunt: ipso mandavit, & creata sunt.
 Ephes. 1. Operatur omnia secundum con-
 filium voluntatis sue. Greg. Nisi in exa-
 mire: In divina natura cum voluntate iea-
 concurrere potestatem s. ut Dei potestatis
 mensura sit ipsa voluntas. August. in Eu-
 chir. cap. 95. Non sit aliquid, nisi Om-
 nipotens, fieri veluti, vel sinendo, ut fiat,
 vel ipse faciendo. Et lib. 3. de doctrin.
 Christ. Voluntas Dei est prima, & sum-
 ma causa omnium corporalium specierum;
 & motionum. Et in Psalm. 144. Apud
 Domini hoc est, nolle, quod, facere: quia
 ex eius voluntate res habent esse. Tandem
 Genes. 1. Dixit Deus, fiat lux, & facta
 est lux. Vide plura apud Ruy disp. 11.
 & 14. de voluntate hominis et causis illarum.
 500 Obij. 10. Omnipotentia Ise ipsa
 est virtus necessitata, ad concurrendum
 ad omnes iefficiens causarum securida-
 rum. Sed alibi inde per simplicitatem est
 praesens omnibus causis secundis; ergo,
 existente causa secunda, cum reliquis
 prærequisitis, sufficienter applicata est
 Omnipotentia, quam indiget alio de-
 creto. 2. Posita causa cum reliquis præ-
 requisitis, & conditione, impediti pro
 due

ductionem effectus: ignis; v. gr. est metaphysicè necessitatis, ad producendum ignem, cum concursu Omnipotentia: ergo non requiriatur aliud decretum applicativum, quam decreta, dandi prærequisita, & nolitio, impediendi effectum. Resp. conc. mai. dist. min. Per immensitatem est præsens physicè omnibus causis, conc. min. est præsens intentionaliter, & liberè, nego min. & conseq. Quia præsentia intentionalis, & libera Omnipotentia prærequiritur, ad causandum, ut constat ex textibus allati, & ex Iustino Mart. quæst. 3. ad Gét. Si Deus facit, quia est, coactè facit: si autem facit, quia vult, spontè facit, quando vult, quale vult, & quantum vult. Ideò scimus, ignem Babylonicum, cum reliquis prærequisitis, & præsentia physica Omnipotentia, non combustisse: quia deficit præsentia intentionalis, & libera per voluntatem.

51. Ad 2. Permissio ant. nego conseq. Quia, data nolitione, impediendi effectum, hæc nolitio secum afferet decretum applicativum Omnipotentia, quo velit productionem ignis, ut diximus sect. 2: quia, ponere in Deo hanc volitionem applicativam Omnipotentia, est

ma-

magis conforme Script. & PP. & magis commendat dominium Dei, & subiectionem creature: sic enim effectus causa secundæ non solum existet, Deo immediate efficiente; sed etiam, Deo directè volente esse etius bonos, & permittentē malos.

52 Obij. 3. Eò præcisè, quod voluntas habeat omnia prærequisita cum iure, determinandi se, & Omnipotentiam, Omnipotentia est sufficenter applicata. Sed, ut sic se habeat voluntas, non est necessarium decretum applicativum, constituens potestatem proximam: erga. Prob. min. Eò præcisè, quod voluntas habeat reliqua prærequisita, cum carentia necessitatis antecedentis ad actum, vel ad carentiam actus, voluntas existit cum iure, determinandi se, & Omnipotentiam. Sed voluntas potest sic existere, quin detur decretum applicativum, constituens potestatem proximam: ergo. Mai. videtur vera: quia voluntas sic existens, posset operari, & non operari, alias esset antecedenter necessitata, aut impedita. Prob. min. Ut ita existat voluntas, sufficit, quod detur in Deo nolitio determinandi, & nolitjo impedimenti antecedentis, aut

aut omnis actus determinandi, aut impediendi: ergo, saltē pro actibus liberis, non requiritur decretum applicativum, constituens libertatem.

53 Resp. Dist. mai. Eò ipso, quod voluntas sit instruta omnibus prærequisitis, cum iure proximo, determinandi se, & Omnipotentiam, est sufficienter applicata Omnipotentia, conc. mai. cum iure remoto, determinandi se, & Omnipotentiam, nego mai. & nego min. de iure *proximo*. Ad prob. dist. mai. Hoc ipso, quod voluntas sic existat, cum carentia necessitatis antecedentis, est formaliter, vel illativè cum iure proximo, se determinandi, & Omnipotentiam, conc. mai. est formaliter cum iure proximo, determinandi se, & Omnipotentiam, nego mai. & dist. min. Potest sic existere, quin formaliter interveniat pro eo signo decretum applicativum, constituens potestatem, permitto min. quin formaliter interveniat pro hoc, vel pro alio signo, nego min. & conseq. Quia, eum ex nostris rationibus supponamus, requiri decretum applicativum ex parte potestatis, nolitio necessitatis antecedentis, & impedimenti antecedentis secum assertum decretum applicativum.

applicativum. Omnipotentia: alias eadem forma arguendi probaretur; non esse constitutivum potestatis proxima carentiam formalem physicae prædeterminationis; nec carentiam formalis necessitatis antecedentis immediatè, nec carentiam imperij, etiam necessariò prærequisiti; sed sufficere carentiam illativam: contra qua pro viribus egimus disp. 5. de actibus humanis.

SECTIO VI.

*De tendentia, & obiecto decreti applicati, præcipue de decreto applicativo
Omnipotentie ad pescatum.*

54. **R**atio difficultatis est: quia hoc decretum, ut supponimus, est indifferens. Vel ergo per hoc decretum vult Deus suum concursum in actu secundo, vel non? Si non vult suum concursum in actu secundo; quomodo applicat Omnipotentiam? Quia, sicut potentia loco motiva applicatur per volitionem ambulandi, & ridiculum esset dicere, applicari ad ambulandum per voluntatem cantandis simi-

similiter accidit in nostro casu. Si vulg decretum in actu secundo, in primis volet peccatum, saltem inefficaciter: deinde, cum talis volitio, ut potè indifferens, non sit efficax ab intrinseco, inefficaciter volet bonum opus, & cum ea stabit nolitio efficax concurrendi: quomodo ergo applicabitur ad actum per decretum componibile cum nolitione efficaci concurrendi? Hæc difficultas in varios dicendi modos divisit nostros AA.

55. Suárez, Lesio, Ruiz, Herize, Alarcon, Meratio, Martinón, Oviedo controver. 10. philosoph. num. 40. Izq. disput. 38. de Deo; num. 64. dicunt, Deum applicare Omnipotentiam voluntione indifferenti, quasi conditionali, qua velit, concurrere cum creatura, etiam ad peccatum, ex suppositione, quod illa se determinet ad peccatum. Addit. Herize disp. 6. de scient. num. 46. à nemine posse negari, voluntatem applicativam esse voluntatem cooperationis in actu secundo; etiam dum actus est malus; & solum refragari quosdam AA. Izq. num. 75. 76. & 79. dicit, Deum detestari actionem malam, prout à creatura: quia sic est mala; causare tamen,

amare, & velle eam efficaciter conditionate, ut procedentem à Deo: quia sic est bona, & nec materialiter mala.

56 Aldrete disp. 1. de volunt. sect. 16. num. 6. ait, Deum parare concussum ad actum pravum per complacentiam, quæ sit gaudium conditionale de bonitate transcendentali actus sub hypothesi malitiae. Lince lib. 4. phys. tract. 8. ait, applicari per volitionem actus mali quoad entitatem, seu materialiter sumpti. Lugo disp. 8. de poenit. num. 165. Arriaga 1. part. disp. 32. num. 26. Anton. Perez disp. 5. de volunt. num. 40: dicunt, Omnipotentiam applicari per volitionem disiunctivam peccati, vel boni operis.

57 Iunio sect. 7. à cap. 7. cùm bene, & acutè impugnasset volitionem disiunctivam contradictiorum, dicit: Quando libertas est ad plures actus positivos, inter quos sint actus boni, & mali, decretum applicans Omnipotentiam debet, esse volitio disiunctiva omnium: si verò libertas sit ad peccatum, & carentiam; tunc volitio applicans Omnipotentiam debet, tendere disiunctivè in peccatum, & aliud obiectum non malum, sive ejusdem, sive diversum.

libertatis, quamvis sit naturaliter impossibile: v. gr. sic: *volo peccatum, vel cucurbitam*. Hanc conclusionem prosequitur usque ad caput 12. eamque docet, & ingeniosè intendit, liberare a errore, & censura: eò quod Salas 1. part. tract. 3. disp. 1. indemnisi dicat, peccatum esse Deo physicè voluntarium; & Ruiz apud ipsum, cap. 7. dicat, Deum determinare positivè individuationem peccati: & Thomas Sanchez dicat, Nos posse licetè suadere, ut determinatus ad unum è duobus peccatis, eligat minus.

58. Quiròs disp. 59. physic. num. 22. dicit, Deum applicare Omnipotenti per actum semiefficacem, qui sic tendat: *Volo, quatenus est ex me, consensum bonum*: qui actus est efficax, in ordine ad applicandum Omnipotentiam, & inefficax, in ordine ad consensum: ideoque vocatur semiefficax. Vel qui sic tendat: *Volo, ne per me sit defectus consensus*. Vel sic: *Volo implere munus cause prime in actu primo*. Ribadet. disp. 9. de prædicti cap. 4. Herrer. quæst. 8. sect. 3. dicunt, non dari aliam applicationem Omnipotentie ad actus liberos, ultra decreta aliorum prærequisitorum;

& exclusiones necessitatis antecedentis ad aliquid; et si Ribadeneir. addat suum decretum comitans. Annato disp. 4. de scient. cap. 7. dicit, Omnipotentiam applicari per hunc, vel similem actum: *Volo attemperare Omnipotentiam arbitrio creaturae.* P. Doct. Vincent. Ramirez disp. 10. cap. 5. dicit: Pro effectibus necessariis, quia à Deo, & creatura procedunt, & continent malitiam moralē materialē, & pro effectibus creature liberis, Deum applicare Omnipotentiam in actu primo per volitionem, qua vult, Omnipotentiam esse paratam, ut ex determinatione agentis creati concurrat in actu secundo.

59 Hæ sunt sententiae. Qui velet earum impugnaciones videre, legat Iunium sect. 7. acutè, & ingenio, quo sollet, eas impugnantem. Bolivar tract. 5. dub. 1. à numer. 22. latè, & Pat. Doct. Vincent. Ramirez disput. 10. capit. 4.

5.

Nostra sententia proponitur

60 Sup. ex dictis disp. 4. de Iustitia
sec. 2. Vbi deditus; cum Ovieda
spons

Controvers. 4. de Iustific. num. i i. regu-
lam generalem pro lege, præcepto, vo-
to, & matrimonio , esse aliquos modos
exercitos in actibus, qui non relucet in
objectione actuum; sic, ut cum pluribus di-
ximus in philosoph. possibilis est volitio
Dei, quæ sit creatio Angeli pro instanti A.
Hæc volitio haberet eundem modum
tendendi signatum, ac altera volitio exi-
stentia Angeli pro instanti A, quæ non
esset creatio : vnde prima volitio esset
creatio ex suo modo tendendi exercito,
non ex modo tendendi signato. Similiter
diximus, condonatione extrinsecam esse
• talem ex modo tendendi exercito : idèo
dixim. ibi sec. 2. n. 3 i. nolitione indigna-
tionis ortam ex potestate iuris, ad se in-
dignandum, aliquando esse condonatiōne
formalem: aliquando non; Ideòque no-
litio eiusmodi ; quæ sit condonatio for-
malis, erit talis ex modo tendendi exer-
cito , qui modus neque relucet in obie-
ctione nolito , neque in subiecto respectu.
Similiter. Actus cum simili tendentia
signata ne comedas, potest iam esse præ-
ceptum ; iam non. Et cum hæc tenden-
tia signata: dabo librum, potest alter agere
esse promissio, secus alter. Et cum simili
tendentia signata : faciam hoc, potest al-

ter esse *votum*; secus alter. Et generaliter, quoad leges, præcepta, votum, & matrimonium, sufficit, tales actus respicere inefficaciter actiones obligatorias; quod recte componitur, cum eo, quod efficaciter nolit positionem actionis obligatoriaz: quia ex modo exercito, non ex signato tales sunt. Sic Superior potest rem præcipere sub vera obligatione, & interius effe aciter velle, ne res ponatur, ut occasionem habeat puniendi, vel obtainendi alium finem: Sic Deus præcepit Abrahæ, occidere filium, & efficaciter nolebat occisionem: Sic potest quis, contrahere matrimonium, sine voluntate efficaci exercendi actiones, ad quas se obligat; imò cum voluntate efficaci, non implendi, ut accidit B: Virgini. Similiter dispensatio legis, & voti potest ferri inefficaciter in negationem rei præceptæ, & ex speciali modo exercito auferre obligationem. Ex his,

61 Dico. Non esse necessarium, decretum applicativum Omnipotentiaz esse tale, ratione obiecti voliti, seu ex modo tendendi signato; sed sufficere, quod sit tale ex modo tendendi exercito; Ideoque contingere potest, quod ex duobus decretis, habentibus eundem mo-

modum tendendi signatum, iam hunc, iam illud, aliud sit decretum applicativum Omnipotentiaz; aliud non sit applicativum Omnipotentiaz, v.gr. decretum applicativum Omnipotentiaz operantis, quia Deus vult, & cuius velle, est, operari debet esse conformiter ad Script. & SS. PP. hæc, vel illa volitio boni operis, vel prærequisitorum ad bonum opus liberum, pro diversitate sententiarum, quam refutimus.

62 Dico igitur, quod omnia hec decreta, alias possibilia, & inconnexa cum operatione possunt, esse decreta formaliter applicativa Omnipotentiaz; non ex modo tendendi signato; sed ex modo tendendi exercito, qui modus non reluet in obiecto. Sic. Potest dari decretum inefficaciter volens rectam operationem, quod sit applicatio Omnipotentiaz; & quod aliud decretum, habens similem tendentiam signatam, non sit applicatio Omnipotentiaz: quia primum decretum non est applicatio ex modo tendendi signato; sed ex modo tendendi exercito, quod non reluet in obiecto. Similiter. Potest dari decretum circa reliqua constitutiva libertatis, quod sit formalis applicatio Omnipotentiaz; & pot-

potest dari aliud decretum similis tendentiæ signatae, quod non sit applicatio Omnipotentiæ: quia primum decretum non est applicatio Omnipotentiæ, ex modo tendendi signato; sed ex modo tendendi exercito. Simi iter potest esse applicatio Omnipotentiæ decretum sic tendens: *volo, quatenus est ex me, consensum liberum: volo, ne per me sit defectus actus: volo ad implere munus causæ prime & alia, quæ alias possibiliæ sint, & non fatua; & possunt dari decreta cum simili modo tendendi signato, quæ non essent applicatio formalis; sed, ad summum, applicatio illustrativa Omnipotentiæ: quia prima decretæ non sunt applicatio formalis ex modo tendendi signato.* Ideò,

63 Dico. Contingere potest, quod sint decreta formaliter applicativa Omnipotentiæ, decreta habentia eundem modum tendendi signatum, ac prescribitur à sententijs relatis; modò alias sine possibilis, & non fatua; Et si alia decreta, habentia signilem modum tendendi, non sint formalis applicatio Omnipotentiæ: eo quod prima decretæ sint formalis applicatio Omnipotentiæ ex modo tendendi exercito; & non ex modo tendendi signato,

Prob.

34 · Prob. Illud debet, esse decre-
tum applicativum Omnipotentiaz ad
actus liberos; quod (cum alias sit possi-
ble, non dicens indecentiam, nec fatui-
tatem) magis commendet dominium
Dei circa applicationem Omnipoten-
tię. Sed, si contingere posset, quod de-
creta habentia eundem modum ten-
dendi signatum, ac prescribiuntur à sen-
tentijs relatis(modo alias sint possibilia,
nec dicant indecentiam, nec fatuitatem)
sint applicatio formalis Omnipotentiaz;
magis ampliatur dominium Dei in ordi-
ne ad applicationem Omnipotentiaz:er-
go. Prob. min. Si posset contingere, quod
decreta, habentia similem modum ten-
dendi, sint applicatio formalis Omni-
potentiaz, Deus poterit applicare Omni-
potentiam: iam per decretum efficax,
dandi reliqua prærequisita; iam per de-
cretum volens inefficaciter consendum,
iam per decretum semiefficax. *Volo, qua-*
tenuis est ex me: iam per alia relata, modo
sint possibilia, nec dicant indecentiam,
nec fatuitatem; Si non possit contingere,
quod decreta, habentia similem mo-
dum tendendi signatum, sint applicatio
formalis Omnipotentiaz, solum pote-
rit, applicare Omnipotentiam, alligatus
ad

ad modum tendendi signatum; quem
assignat quævis sententia. Sed maius do-
minium est, in ordine ad applicationem,
poste applicari Omnipotentiam per de-
creta, habentia modum tendendi sig-
natum, ac præscribunt omnes sententie
relatae; quam solum posse applicari ad
modum tendendi signatum, quem assignat
quævis sententia: ergo.

65 Hic modus constituendi de-
cretum applicativum placuit: quia præ-
terquam verisimilis est, & conformis ad
ea, quæ diximus disp. 4. de iustif. agendo
de extrinseca condonatione: sic quo-
dammodo morem gerimus omnibus
adeò doctis, & ingeniosis sententijs: non
disputando de possibilitate, indecentia,
fatuitate aliquorum ex decretis relatis.
De quo videri possunt citati AA. Sed
hoc nota: quod de cœpta, quibus Deus fre-
quenter applicat Omnipotentiam, sive
sit decretum, quo velit prærequisita, sive
quodvis aliud, directere tendunt in opus
bonum: quia hoc denotat Script. & PP.
quod, videlicet, Deus omnia bona vo-
luntate, operetur.

66 Obij. 1. Hic modus tendendi
exercitus est inexplicabilis: ergo. Resp.
cum Oviedo dist. ant. Est inex plicabi-
lis.

Nis à priori conc. ant. est inexplicabilis à posteriori, nego ant. Itaque. Hic modus tendendi exercitus decretorum est inexplicabilis à nobis à priori: quia nos non habemus intuitionem actuum interiorum, præfertim divinorum; à posteriori verò explicabilis est ex effectibus: nec maior explicatio exigenda est; cum plures sint actus maioris explicationis incapaces. Effectus huius applicationis est, reddere creaturam expeditam, ad operandum, ita, ut per illam stet, & ipsi tribuat, si non ponat actum. Sic: solum ex effectibus cognosci potest, quomodo Deus possit, condonare peccatum condonatione extrinseca, quæ sit talis ex modo tendendi exercito, non verò ex modo tendendi signato. Sic etiam percipitur quomodo iudex possit condere leges, ex quibus oritur obligatio ex modo tendendi exercito, non verò ex modo tendendi signato. Sic: quomodo Deus possit, creare Angelum volitione, quæ sit creatio ex modo tendendi exercito, & non ex modo tendendi signato, & alia, quæ diximus de precepto, promissione, & voto in suppositione.

67 Obij. 2. Ex nostra sententia
se-

sequitur ; posse , applicari Omnipotentiā ad peccatum per odium inefficax peccati. Sed hoc est falsum : ergo. Prob. i. ex Sap. 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti* 2 . Experientia constat, potentiam executivam , & appetitivam , sive innatam, sive elicited , cōdem tendere, & non in contraria, veluti rixando. Sed Omnipotētia influit, & tendit in peccatum , et si ex determinatione creaturæ: ergo applicatio Omnipotentiaz , debet tendere in peccatum, & non fugere positivè à peccato. Prob.mai. Appetitus datus est, ut adiuvet potentiam executivam , non, ut cum ea rixetur : ut eam adducat ad suum terminum ; non, ut avertat ab illo : ergo. Resp. Conc.mai, nego min. Ad 1.prob. dist.verba. Nihil odisti eoram, quæ fecisti, ut causa per se, & ex propria determinatione, conc. ant. ut causa per accidens , & quasi invitus, & per rapinam concursus , nego ant. & conseq. Itaque , ut diximus. Deus frequenter applicat Omnipotentiam , voluntione directa inefficaci boni operis, quæ voluntio est nolitio , seu odium inefficax peccati, & verba relata intelliguntur de operibus bonis ; vel, saltem non malis, non vero de peccatis , Ad quæ servire,

vire, dicitur Deus, & quasi rapi clus cursus, ut supra vidimus.

67 Ad 2. Dist. mai. Experiens constat, potentiam executivam, & appetitivam eodem tendere in his, quae necessariò fiunt, conc. mai. in his, quae libere fiunt, nego mai. Quia s̄pē caro pugnat adversus spiritum. Et casu, quo potentia executiva, & appetitiva eodem tendant in his, quae fiunt ex propria determinatione, secus in his, quae fiunt ex aliena determinatione. Ideo, permisso mai. cum distinctione data, & conc. iniungo conseq. Quia in his, quae fiunt ex aliena determinatione, non sequitur potentia executiva potentiam appetitivam; sed in contraria tendunt. Sic, dum pater ex aliena determinatione occidit filium, appetitus elicitus, & potentia executiva in contraria tendunt. Omnis potentia autem ex aliena determinazione, & sic contra propriam inclinationem elicitam, tendit in peccatum; ex dictis.

68 Insistes: Sicut potentia executiva tendit in terminum per causalitatem, quae est motus physiscus in tempore: ita applicatur per affectum, qui sic nosus intentionalis in terminum: ergo; sicut

Si igitur potentia executiva per solam nolitatem efficacem retrahitur a termino: ita per solam volitionem efficacem applicabitur ad terminum. 2. Ex Script. & P.P. apud Ruiz disp. 11. de voluntate. 4. Ideo res sunt, quia Deus vult: ergo, datur existit peccatum, datur aliqua voluntas peccati. Resp. Dist. ante c. quoad 2. part. & loquendo de applicacione in actu secundo. Applicatur per affectum causae determinatissimis, conc. ant. per affectum causae, quasi invitè determinata, nego ant. & eodent modo dist. conseq. At verò in actu primo non applicatur causa determinanda, v.g. Omnipotentia, per affectum ad peccatum, etiam causae determinantissimis: quia nullum datur fundamentum. Ad 2. Dist. antea. Ideo res sunt, quia Deus vult positivè, vel permissivè, conc. ant. quia Deus vult positivè, subdist. res bona, conc. ant. res mala, nego ant. & dist. conseq. datur affectus permissivus peccati, conc. conseq. positivus, nego conseq.

70 Obij. 3.stante volitione inefficaci consensus, qui exercitè dicimus, applicari Omnipotentiam, potest dari nolitio efficax consensus. Sed, data nolitione efficaci consensus, non est Omnipot.

potentia applicata ad consensum: ergo
 Prob. min. Quia esset, parare, & negare
 concursum ad consensum: parare, quia
 applicat Omnipotentiam ad consensum:
 negare, quia habet nolitionem concur-
 sus: ergo applicatio Omnipotentiae non
 solum consistit in prima voluntate; sed
 in illa, & carentia huius nolitionis. Resp.
 conces. mai. nego min. Ad prob. dist.
 ant. Esset, parare concursum in actu pri-
 mo; & negare concursum in actu secun-
 do, conc. ant. esset, parare concursum
 in actu primo, & negare concursum in
 actu primo, nego ant. & eonseq. Itaque
 ea nolitio efficax consensus potest, esse
 purè intentiva carentia consensus: &
 tunc simul paratur concursus in actu
 primo, & negatur concursus in actu se-
 cundo; & potest esse nolitio efficax con-
 sensus, immediate executiva consensus:
 & tunc esset, negare concursum in actu
 secundo; & saltem, exercitè negare con-
 cursum in actu primo ad consensum:
 quia haec nolitio esset necessitas imme-
 diata antecedens: Ideoque auferens li-
 bertatem: & eius carentia positiva est
 constitutiva libertatis, ut diximus disp.
 15. de aet. hum. sect. 2. adeoque docet
 positivè intelligatur hæc carentia, apn

pa-

parabitur concursus in actu primo ad consensum.

71 Obij. 4. Deus per applicationem Omnipotentiae, exercitè vult, & signatè velle, potest libertatem. Sed existentia libertatis est necessitas vaga existentiae peccati, vel carentiae: ergo Deus per applicationem Omnipotentiae vult vagè existentiam peccati, vel carentiae. Prob. conseq. Volitio antecedentis determinatè connexi cum uno extremo, est volitio determinata extremi: ergo volitio antecedentis vagè connexi cum peccato, & carentia, erit volitio vaga peccati, & carentiae. Resp. conc. mai. & min. nego conseq. Ad prob. nego ant. ab initio loquendo: quia hoc principium velle antecedens determinatè connexum cum uno extremo, est, velle determinatè illud extrellum, est absolute falsum, ut multis exemplis, tam in materijs physesis, quam in moralibus monstravimus disp. 2. de act. hum. sect. 2. num. 25. disput. 6. de bonit. & malit. sect. 3. & disp. 4. de act. hum. sect. 3. 72 Solum est verum hoc principium in quatuor casibus. 1. Quando expositio antecedentis connexi cum extremo sequitur extremum sine dovo exercitio.

titio libertatis; tunc velle antecedens est, velle terminum: sic sequitur combustio domus ex applicatione ignis: formale peccati ex positione materialis: & ideo, velle applicationem ignis, est, velle combustionem, saltēm interpretationē: & velle materiale peccati, est, velle formale. 2. Quando ponitur antecedens connexum per modum intentionis subiectivē determinantis ad electionem medij. Sic volitio pœnitentiaē, ante absolutē prævisum peccatum, est volitio, saltem virtualis, & interpretativa, peccati, ut diximus disp. 8. de Incarn. sect. 2. & disp. 4. de bonit. & malit. sect. 4. 3. Quando ex positione antecedentis connexi sequitur terminus, quem, quod tenetur, vltare, ponens antecedens, ne sequatur terminus. 4. Quando ex positione antecedentis se ponit in periculo, voleādi peccatum.

73 Iam antecedens illud, quod, ut diximus, absolutē est falsum, præcipue debet, esse falsum respectu Dei, modo desint quatuor circumstantiæ dictæ: quia multa licent Deo, quæ non licent creaturæ. Sic Deo licet, velle mortem Petri, morbos, dolores, pestem, famam, interitum mundi, damnationem mul-

torum , non dare auxilium efficax finalē , quæ non licent creaturæ . Creaturæ sāpè non licet , causare pér se antecedens , ex quo videt , futurum peccatum ; & Deus sāpè potest , causare per se physice ; imò sāpè , moraliter tale antecedens , ut diximus disp. 4. de liber. arbitr. 3.

74 Præcipuē falsum est dictum antecedens , quando illud antecedens est connexum cum termino , qui iam supponitur : quia , si iam supponitur existens terminus , stulta esset , non dico *complacentia* ; sed volitio , & procuratio termini . Sic volitio pœnitentiæ , post absolutè prævisum peccatum , non est volitio peccati : & data visione termini , ut extra omnes suas causas , esset stulta voluntio termini . Hac ratione , dici posset , quòd , *velle libertatem* , non esset , velle vagè peccatum , vel parentiam : quia iam aliundè supponitur , exiturum peccatum , vel parentiam : quia existere peccatum , vel parentiam , est antecedenter necessarium . *Confirm.* Stultum est , velle decernere , & procurare , quòd deficiat chymera sub his terminis : quia hoc est necessarium . Sed velle vagè , quòd existat peccatum , vel parentia , est , forma-

lissi-

lissimè, & signatè velle, quòd deficiat chymera: ergo. *Confirm.* 2. Sicut stultum est, velle efficaciter, procurare, & decernere, quòd est impossibile, ita stultum est, velle, procurare, & decernere, quod est necessarium: Sic stultum esset, sic decernere: *Volo*, quòd, si existat *homo*, sic *animal rationale*. Sed existere peccatum, vel parentiam, est antecedenter necessarium: ergo stultum esset, id velle, & consequenter nequit Deus, id velle. Hæc vera sunt. Sed fallaciter.

75 Insistes: Etsi sit antecedenter necessarium, existere peccatum, vel parentiam: ideòque non possit Deus, id velle; non est antecedenter necessarium, existere peccatum, vel parentiam liberè; sed contingens: quia hæc sunt contrariae quæ non possunt simul existere; sed possunt simul deficerè: & consequenter hoc, ut potè contingens, erit volibile. *Nunc sic.* Ante existentiam libertatis non est antecedenter necessarium, aliunde possum, nec determinatum, quòd peccatum, vel parentia existat liberè. Sed libertas est necessitas vaga existentiæ liberae peccati, vel parentiæ: ergo Deus volens efficaciter libertatem, vult efficaciter, existere liberè peccatum, vel

carentiam. Prob. conseq. ex illo ptinse
cipio: *Qui vult antecedens &c. connexum
cum extremo non presupposito, vult extre-
mum*: quia non habet maiorem conne-
xionem illud antecedens cum extremo;
nec est magis procurativum extremi,
quam libertas est connexa, & procura-
tiva vagè peccati, vel carentiaz. Hæc in-
geniosa sunt; sed fallacia, ut vidimus
locis citatis, & in hoc tractatu, disp. 3.
ubi diximus, Deum ex directione scien-
tiaz inefficaciam dare auxilium inefficax;
& posse, illud dare per decretum con-
nexum cum peccato, quæ collatio non
supponit absolutè peccatum; sed solùm
conditionatè, quin ea collatio sit amor,
nec volitio peccati. Unde solùm est ve-
rum, quòd, qui vult antecedens connexum
cum extremo, non aliunde positæ
absolutè determinat logicè extrema;
non verò, quod vult extremum, nisi in
quatuor casibus assignatis.

76. Resp. ad argum. in forma. Conca-
ssumpto, nego, quòd hoc sit volibile
disjunctivè, & vagè, à Deo. Ad prob.
conc. mai. & min. Dist. conseq. vult
existere liberè peccatum, vel carentiam
volitione terminata ad libertatem, seu
vult ea extrema reduplicative, ut libera,
conc.

Conc. conseq. vult, peccatum, vel carentiam existere liberè, volitione terminata ad peccatum, & carentiam, seu ad ea extrema specificativè sumpta, & secundum dūm se, nego conseq. Itaque. Deus in eo casu potest, velle libertatem, quæ est contingens, & consequenter potest, velle vagè ea extrema reduplicativè, ut libera, quatenus dicunt libertatem: quia hoc est contingens; non verò potest velle vagè ea extrema secundum se, nec specificativè sumpta: quia sic sunt necessaria. Vel alijs terminis. Deus potest, velle libertatem, quæ est disiunctiva necessitas peccati, vel carentæ, & in hoc sensu potest, velle ea extrema, ut extrinsecè disiuncta; nequit tamen, velle disiunctivè ea extrema: quia esset, velle peccatum: nec est necessarium, quod ea sic velit, volendo libertatem, seu ex eo, quod velit libertatem: quia *principium* aſſumptum est falso in absolute, respectu omnium: & præcipue, respectu Dei, qui non teneatur, vitare antecedens connexum cum peccato. Et minùs impletionem muneris causæ primæ in præparatione Omnipotentiaz, ex qua resultet antecedens connexum cum peccato.

77 Insistes. Libertas tendit, ut
X 3 sic,

fit , vel non sit peccatum , quamvis hoc est necessarium : ergo volitio poterit , tendere , ut sit , vel non sit peccatum , quamvis hoc sit necessarium. Resp. negando ant. quia illud disiunctum non est exercitium libertatis. Itaque. Libertas non est terminativè ; sed solum subiectivè vaga ; quia libertas determinatè est duplex potestas , alia ad peccatum , alia ad carentiam : hoc complexum respicit vagè ex parte subiecti illa extrema ; non verò ex parte termini. Et volitio assignata respiceret vagè ex parte termini ea extrema. Vide plura de hoc argemento disp. 6. de pec. sect. 2. à numer. 21. ad 25. ubi diximus , hanc volitionem esse vagam necessitatem , ut sit consensus , vel carentia , neque vult vagè , neque tenet vagè , ut sit consensus , & carentia : quia hoc est necessarium. Ubi diximus , quòd hæc propositio : *consensus , vel carentia libera , vel aliquod extremum , per se , sequitur ex necessitate disiunctiva , est falsa* , si terminus *extremum* sumatur in suppositione determinata : ita , ut sequi per se prædicetur disiunctivè de quolibet extremo sic : vel consensus *sequitur per se* ; vel carentia *sequitur per se* ; est vera , si terminus *extremum* sumatur in sup-

Suppositione confusa; sed hoc solum importat, libertatem esse necessitatem disjunctivam consensus, vel carentia; non vero, quod velle libertatem, sit, velle disjunctivè ex parte termini consenserum, & carentiam. Hæc, ex se, sunt confusa, sed vera.



DISPUTATIO VI.

DE PRÆDIFICATIONIBVS
regulatis scientia Media.

HOC BELLUM EST DOMES,
ticum inter PP. Suarez, & Vazquez,
eorumque Discipu-
los.

SECTIO I.

*An sit possibilis prædefinitione efficax nostr
consensus liberi, regulata scientia
Media?*

Sup. i. Prædefinitionem
efficacem nostri consen-
sus liberi sub determina-
to auxilio, vel sub hoc, vel
illo auxilio indifferenti, essentialiter sup-
ponere scientiam Medium de consensu
quia Deus nequit, prudenter decernere
aliquid obiectum, quin videat, se habe-
re media ad illud obtainendum. Sed ne-
quit aliter videre hæc media, nisi per
scientiam Medium, ut diximus disp. i i.
de scient. & disput. 3. de liber. arbitr.
ergo.

Sup.

Sup. Prædefinitionem divinam non esse conditionalem, sed absolutam (quidquid dicat Herize) quia aliud est, quod dependeat ab aliquibus conditionibus, ut ponatur, quod decernit, scilicet, à positione auxilij, seu libertatis; aliud est, quod sit conditionalis. 1. est verum; sed, quia hæc prædefinition secum affert purificationem conditionis: quia connectitur cum eo, quod detur auxilium, seu libertas: ideo non est conditionalis; sed absolute,

3. Sup. 3. Cum Ribadeneir. disp. 12. de prædestinat. à num. 14. Izquierd. disp. 39. imò, & cum omnibus TT. teste Arriaga, disp. 34. de prædestinat. contra quosdam antiquos RR. & Franciscum Felix dicentem, esse frustrabilem in sensu diviso, capit. 2. de prædestin. difficult. 5. Prædefinitiones efficaces divinas esse infrustrabiles, & ab intrinseco infrustrabiles: quia decretis Dei tribuenda est omnis perfectio in sua linea. Sed infrustrabilitas est perfectio de linea prædefinitionis efficacis divinæ, sicut infallibilitas est perfectio de linea scientiæ: ergo. Ideò male confundunt aliqui frustabilitatem cum evitabilitate. Dictæ prædefinitiones sunt evitabiles à voluntate crea-

creata: quia hoc petit ipsum dominium
Dei, & nostra libertas , ut diximus disp.
4. at verò non sunt frustrabiles: quia fru-
strari decretum, est, coniungi carentiam
rei decretæ cum prædefinitione : decre-
tam enim, quod non datur , non frustra-
tur : sicut scientia , quæ non datur seu
impeditur , non est falsificabilis in sen-
su diviso.

4 Sup. 4. Eiusmodi prædefinitiones, et si immediatè affectivè velint consensum ; non ideo immediatè effectivè causant consensum , sed media libertate creata. Sive prædefinition velit consensum, *ut liberum*, id est, libertatem, & consensum ; sive velit solùm consensum, modò essentialiter supponat scientiam Medium. Quia potest quis, velle efficaciter homicidium, præcipue, causandum ab alio , quin hæc voluntas immediatè causet homicidium ; imò, cùm prædefinition sit de consensu libero, nequit , immediatè illum causare , ut sàpè diximus ex disp. 5. de aët. human. & 6. de iustifica. Sed de hoc in rationibus conclusio-
nis.

5 His suppositis. Vazq. disp. 89.
ca. 10. Valentia tom. 1. disp. 1. quæst. 23.
Lesius de prædest. sect. 5. Alarcon disp. 1.
cap.

cap. 6. Pennotus in propug. libert. lib.
 6. se^{ct}. 6. Herize disp. 23. cap. 9. uter-
 que Hurtado, Martinon, Monceus, Me-
 ratius, Suarez, Lusitanus, Ortega con-
 trov. 3. de Deo, disp. 1. & controv. 4.
 disp. 6. Favet Thyrus, et si non omni-
 no recedit ab opposita sententia. Iunio
 se^{ct}. 6. cap. 11. dicit, prædefinitiones
 non posse, stare cum libertate; si sint
 decreta executiva, secus, si sint purè in-
 tentiva; sed, quia simul docet, non esse
 purè intentivam, ideo citandus pro sen-
 tentia Vazq.

6 Eximius Suarez lib. 1. de auxil.
 cap. 16. & lib. 13. cap. 16. 17. & 19.
 & lib. 1. de prædest. cap. 8. dicit, Deum
 posse, prædefinire nostros actus liberos:
 &, licet adeò modestus, dicit improba-
 bile oppositum, & ferè contra omnes
 TT. præfertim antiquos. Sequuntur
 communiter Nostri, cum Montoia disp.
 6. Izq. disp. 39. quæst. 2. Ribad. disp.
 12. Herrer. quæst. 10. se^{ct}. 2. Muniesa
 disp. 6. Aranda disp. 31. Quiròs disp.
 11. de prædest. & disp. 89. de anima,
 dicit, à nemine Societatis posse, negari
 post literas Generalis, quas ibi refert,
 datas ad universam Societatem. Idem
 dicit Avendaño: quia id propositum
 est

est speciali ordinatione à Claudio Aquaz
viva post consilium doctissim. Magi-
strorum ; quam ordinationem observa-
ri , iussit Franciscus Picolomini ordina-
tione Congregationis Generalis 9. mis-
sa ad Provincias anno 1651. quam re-
fert sect. 7. problem. 4. num. 787.
Eeamdem sententiam noviter illustrat
P. Doct. Vincent. Ramirez disp. 12.

7 Ex his , ut Quiròs , Esparza , &
Aranda , non solum iudicant possibles
tales prædefinitiones; sed etiam, esse ne-
cessarias ad providentiam efficacem
actuum liberorum. Alij non iudicant
necessarias ; sed dicunt , dari de facto
cum Suarez, Montoia, Aldrete, Ribad.
cap. 2. Herrer. sect. 4. Muniesa sect. 10.
P. Doct. Vincent. Ramirez sect. 3.

SECTIO II.

*Deus potest, efficaciter prædefinire nostros
actus liberos prædefinitione antece-
denti pure intentiva.*

8 **P**robatur. Eatenus non pos-
set Deus prædefinire no-
stros actus liberos : quia , cum tali præ-
definitione, non staret libertas. Sed, cum
tali

Tali prædefinitione, staret libertas: ergo
 Prob. min. Libertas est potestas proxima expedita ad consensum, & dissensum. Sed , cum tali prædefinitione , stat potestas proxima expedita ad consensum, ut patet; deinde stat potestas proxima ad dissensum: ergo. Prob. min. Prædefinitio consensus non pugnat cum potestate proxima expedita ad dissensum, quia connexa cum consensu: sed neque pugnat, quia præcedit ad consensum, modicent evitabilis; ut est talis prædefinition : ergo. Mai. & min. quoad i. part. est communis nostrorum sententia : quia complexum ex scientia Media de consensu , & auxilio , est conæxum cum consensu , & præcedit ad consensum , & non pugnat cum potestate proxima expedita ad dissensum. Decretum collativum auxiliij, connexum cum consensu , præcedit ad consensum , & non pugnat cum potestate proxima expedita ad dissensum , iuxta communem nostrorum sententiam , præsertim , si conjungatur cum decreto compatibili , ut vidimus disp. 4. sect. 1. & disput. 4. de lib. arb. sect. 2. quia non alia ratione consentiens , stante scientia visionis de consensu ; & stante complexo scientie

Me.

Media de consensu , & auxilio , habet potestatem proximam ad dissensum , nisi quia potest , vitare scientiam visionis , & complexum ex scientia Media , & auxilio , vitando scientiam Medium . Claudens oculos liberè non videt , non alia ratione , nisi quia potest , vitare eam cæcitatem .

9. Prob. iam min. Id , quod sequitur nostram liberam determinationem , est evitabile à nostra libertate . Sed prædefinitio consensus liberi sequitur nostram liberam determinationem : ergo . Mai. constat ex August. lib. I. retrac . cap. 22. *In potestate nostra non est , nisi quod nostram sequitur voluntatem .* Prob. min. Quod sequitur scientiam Mediant de consensu sub auxilio , sequitur nostrā liberam determinationem . Sed eiusmodi prædefinitio sequitur scientiam Medium de consensu sub auxilio : ergo . Prob. min. Deus , utpotè prudentissimus , non prædefiniret efficaciter consensum sub auxilio , nisi prævidisset , quod , si daretur auxilium , daretur consensus : ergo .

10. Confirma. Deus non solum potest , dare auxilium per decretum conendum cum consensu , ut diximus disp. 4. sect.

Sect. 2. sed de facto dat auxilium per decretum connexum cum consensu: & dat illud, quia efficax, intendendo effica ciam in actu secundo, & consensum. Sed d hoc est, Deum prædefinire consensu m: ergo Deus non solum potest prædefinire, sed de facto prædefinit nostrum co nsensum. Confirm. 2. Deus scit, quod, si existat auxilium, existet consensus: &, dato auxilio, existet consensus, si non immutetur hypothesis. Sed per prædefinitionem non immutatur hypothesis: ergo. Prob. min. Non immutatur hypothesis pér id, quod sequitur voluntatis determinationem. Sed prædefinitio se quitur determinationem voluntatis: ergo. Prob. min. Quia, nisi Deus prævidisset, quod, si existeret auxilium, existeret c on sensus, non prædefinisset consensum.

11 Prob. 2. Deum prædefinire consensum, est, Deum velle efficaciter, & irresistibiliter nostrum consensum liberum. Sed Deus potest velle efficaciter, & irresistibiliter nostrum consensum libetum: ergo. Prob. min. ex Script. & PP. Genes. 50. Num. Dei possumus, resistere voluntati? Esther 13. Non est qui possit, resistere voluntati suo, si decreveris,

ris, salvare Israel. Ad Roman. 9. Voluntati eius quis resistet? Similia habet Chrysostom. homil. 2. in Psalm. 50. Si Deus dixerit adultero: iam nolo, ut adulteris: verba statim vertuntur in opera, & ne scias, quod ita est, dixit, sicut Cœlum, & factum est. August. Enchirid. Vbi est illa Omnipotencia, qua in Cœlo, & in terra omnia, quæcumque voluit, fecit: si colligere filios Israel, voluit, & non fecit. Et concludit: quis tam implè despiciat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, non posse, in bonum convertere? Et de corrept. & grat. cap. 14. Volenti salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium; sic enim velle, & nolle in voluntate, & nolentia est potestate; ut divinam voluntatem non impediatur, nec supererit potestatem. Et infra de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult, facit. Eadem Basile. Cyril. Hieronym. Prosper. Fulgent. & alij apud Ruiz disp. 6. de provid. Imò Fulgent lib. 1. ad Monimum, cap. 13. de fato concedit predefinitionem respectu omnium prædestinatorum: sic enim ait: Quos prædestinavit ad gloriam, prædestinavit ad iustitiam: et alij. Confirm. Eatenus non posset Deus,

Deus, velle efficaciter nostrum consensum liberum : quia hęc volitio esset applicatio Omnipotentiae , & decretum executivum consensus. Sed non omnis volitio efficax, decretum , seu intentio, est decretum executivum obiecti , quod intendit: ergo. Prob. min. Volitio, electio, seu intentio gloriae, ut coronae (& est obiectum , ponendum à solo Deo) non est immediate executiva gloriae , ut coronae: ergo. Ant. quod disp. 8. constabit, esse verum : quia volitio , electio, & intentio gloriae, ut coronae, est liberalis: & non supponit visionem absolutam meritorum ; & voluntas executiva gloriae, ut coronae, est debita, & supponit visionem meritorum: est etiam D. Thom. hic ques. 23. ar. 4. *Prædestinatio secundum rationem præsupponit elecciónem, & electio dilectionem.* Ubi prædestinatio , quæ ex disp. 1. sect. 1. est præparatio, & executio mediiorum, distinguitur ab electione, seu intentione gloriae. Confirm. 2. Possibilis est intentio efficax alicuius obiecti, exercitè, immò signatè volens, obiectum intentum exequi per aliud decretum. Sed hęc intentio esset purè intentiva , & non executiva : ergo. Ant. videtur verum: quia non apparet implicatio : & sic magis

gis ampliatur dominium Dei, quo, pos-
sit, se exercere per plures actus circa
obiecta, iam intendendo efficaciter purè
intentivè, iam executivè. Et hoc vulga-
re videtur in humanis: quia qui manè
vult efficaciter, deambulare vespere,
exercitè, vel *signatè* vult, deambulatio-
nem exequi per aliam volitionem. *Con-*
firm. 3. luxta Iunium. Poteſt Deus re-
flexè imperare intentionem, ſeu decre-
tum executivum gloriæ, v. gr. Sed hoc
imperium non eſtet executivum obiecti,
quod intendit: ergo. Prob. min. Hoc
imperium intendit, gloriam poni in exe-
cutione per ſecundum decretum. Sed
imperium non exequitur immediate
gloriam per ſecundum decretum, ut pa-
tet: ergo. Prob. mai. Idem eſt, velle, ſe-
cundum decretum ponere gloriam, ac
ville, gloriam poni per ſecundum de-
cretum. Sed imperium vult, ſecundum
decretum ponere gloriam: ergo.

13 *Prob. 3.* Promissio Dei non
deſtruit, quod promittit, imò obligat,
ad faciendum, quod promittit, & ſi pro-
missio fuerit conditionata, obligat con-
ditionatè ad faciendum, & absolute
obligat, poſita purificatione condi-
tio-
nis. Nunc ſic. Deus poſteſt, promittere,

iama

iam absolutè, iam conditionatè nostròs actus liberos, quin promissio destruat nostram libertatem: ergo Deus potest prædefinire nostros actus liberos, quin prædefinitio destruat nostram libertatem. Consequent. videtur bôpæ: quia idèò primum est verum, quia promissio supponit scientiam Medium de nostra libera determinatione sub conditione: & eamdem supponit prædefinitio. P. t. o. b. a. n. t. Ezechiel. 36. Faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Iti quæ Augustin. de prædest. cap. 11. Attendite fratres, & videbitis, Deum, illa, promittere, facturum se, ut faciant, que iubet, ut faciant. Ioann. 16. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Sed sæpe perimus nostros actus liberos, & Ecclesia id orat: da nobis Fidei, Spei, & Charitatis augmentum, & alibi: fac nos amare, quod præcipis. Et alibi: infunde cordibus nostris tui amoris affectum. Et similia in orationibus Ecclesiæ. Mitto alia, quia ea sufficient, suppositis, quæ diximus disput.

4. de decreto conne-

xo.

Z 2

SEC-

SECTIO III.

Solvuntur Obiectiones.

14. **O**bij. 1. Ex possibilitate prædefinitionis sequitur, hanc esse bonam consequentiam: *caren-
tia prædefinitionis libera non est possibilis;* ergo existit. Sed hæc ex terminis est mala consequentia: quia ex eo, quod res sit impossibilis, infert, existere: ergo præde-
finitio non est possibilis. Prob. maior. Hæc est bona conseq. *Prædefinition libera
non existit; ergo est possibilis:* ergo & pri-
ma. Prob. conseq. quia bene valet ab opposito consequens ad oppositum antecedentis. De hoc argum. quo in simili primō usus est Ribadeneir. disp. 19.
de a&t.human.num.9. ipso teste, egimus disp. 6. de bonit.& malit. sect. 5. Habetur etiam ab Izquier. in Pharo disp. 14. nu.
127. & ipsi tribui, solet. Resp. conc. mai.
nego minor. Quia, ut diximus disp. 2.
sect. 2. de scientia. Deus connectitur cum possibilitate possibilium: & possi-
bilitas possibiliū connectitur cum Deo,
& consequenter ex eo, quod unum pos-
sibile fiat impossibile, sequitur, dari chy-
me,

meram, & existere illud possibile, quod fit impossibile.

15 Obij. 2. Voluntas nequit, per dissensum impedire prædefinitionem ad consensum: ergo nequit, impedire consensus. Prob. ant. Voluntas nequit, impedire exercitium libertatis divinæ. Sed impeditio prædefinitionis est exercitium libertatis divinæ: quia est, Deum non prædefinire consensum: ergo. 2. Non est in potestate libera alicuius, omittere actum, quem ipse non potest, ponere pro libito. Sed voluntas nequit, ponere pro libito prædefinitionem consensus: ergo nequit, impedire prædefinitionem. Prob. mai. Qui pro suo nutu nequit, amare, nequit, liberè omittere amorem: ergo. Prob. conseq. Quia, sicut ponere liberè actum, est, illum ponere, cum potestate omissiendi: ita, ponere liberè omissionem actus, est, eam ponere, cum potestate ponendi actum.

16 De hoc argum. egimus disp. 4: sect. 3. & disp. 2. de lib. arb. sect. 8. & ibi etiam diximus de diversitate potestatis proximæ, & remotæ: quæ videnda sunt, ne repetamus. Ex quibus: nego ant. Ad prob. dist. mai. Nequit, impedire exercitium libertatis divinæ, non

impediendo libertatem ad illud , conc. mai. impediendo libertatem ad illud , nego mai. & dist. min. Impeditio , seu , non ponere prædefinitionem , est exercitium libertatis divinæ , quando habet libertatem ad prædefinitionem , conc. min. quando non habet libertatem ad prædefinitionem , nego min. & conseq. Itaque voluntas impedit prædefinitionem , impediendo scientiam Medium de consensu , quæ constituit potestatem necessariam ad prædefinitionem , & impedita hac scientia , iam est necessaria , non libera , omissio prædefinitionis . *Ad 2.* Dist. mai. Non est in potestate libera immediata , conc. mai. in potestate libera mediata , nego mai. & conc. min. nego conseq. Probatio probat , quod intendimus. Itaque. Immediate liberè omittens amorem , potest æquè ponere amorem: alias non omitteret immediatè liberè ; at verò hoc fallit in his , quæ sunt mediatè libera , & falleret in amore , si omissio esset solùm mediatè libera , quia potest , contingere , quòd quis possit , pro suo nutu impedire , quòd ipse , & Petrus portent lapidem ; & non possit , determinare , quod ipse , & Petrus portent lapidem. Et potest , contin-
gere ,

gere , quòd ipse determinet combustio-
nem domus, applicando ignem ; & non
possit, impedire combustionē , eò quòd
alij simul applicent alios ignes. Vide
plura ibi disp. 4. sect. 3. & loco citato
de lib. arbit. ubi distinximus triplicem
potestatem liberam mediatam : aliam
positivam , & *negativam* , quæ potest
mediatè determinare, & mediatè impe-
dire ; aliam positivam , quæ potest de-
terminare; sed non impedire ; aliam ne-
gativam , quæ potest impedire; sed non
determinare; exépla ibi dedimus. Quod
verum est, quòd voluntas creata ponens
liberè impeditonem prædefinitionis, po-
test, ponere eam non impeditonem : &
idem accidit in alijs libertatibus media-
tis ; non verò, quòd hoc ipso possit de-
terminare prædefinitionem: quia ea non
impeditio, quā ipsa ponere potest, sci-
licet, determinatio scientiæ Mediæ con-
sensus , est indifferens , ut sit prædefi-
nitio.

17. Insistēs: Non impediri prædefi-
nationem, est; prædefinitionem existere.
Sed voluntas potest, non impedire : er-
go potest, determinare prædefinitionem.
Resp. Dist. mai. Non impediri prædefi-
nationem omnino absolute, & sine limi-

tatione, est, prædefinitionem existere; conc. mai. non impediri ex parte creaturæ, nego mai. & concess. min. nego conseq. Itaque. Non impediri omnino abolutè prædefinitionem, formalissimè est, existere prædefinitionem, seu, non existere carentiam prædefinitionis; at verò, non impediri ex parte creaturæ, est, creaturam non ponere impedimentum. &, licet creatura non ponat impedimentum, Deus potest, illud ponere: quod sufficit, ut non existat: quia hoc est discriumen inter rem existere, & rem non existere: quia, ut res existat, requiritur, quod detur carentia omnis impedimenti essentialis; at verò, ut res non existat, sufficit, quod detur unum impedimentum. Vel *alijs terminis*. Dist. mai. Non impediri prædefinitionem, libertate immediata, est, prædefinitionem existere, conc. mai. non impediri, libertate mediata, nego mai. & dist. similiter min. nego conseq. Vide disp. 4. sect. 3. quia, etsi libertas mediata non ponat impedimentum, potest illud ponere libertas immediata.

18 Insistes 2. Voluntas ponendo consensum, liberè non frustrat prædefinitionem. Sed, liberè non frustrare, est, pos-

posse, frustrare; ergo. 2. Voluntas nequit, impedire hanc prædefinitionem ab æterno. Sed hæc, semel existens, existit ab æterno: ergo. Prob. mai. Voluntas, quando non est, nihil potest, facere: ergo. 3. Prædefinitione est necessitas antecedens; quia est necessitas, & antecedit consensum, & quia, ipsa posita, ex necessitate sequitur consensus: quia nequit, esse sine consensu: ergo tollit libertatem, Resp. Dist. mai. Liberè non frustrat, libertate versante inter unum *non frustrare*, & aliud *non frustrare*, conc. mai, libertate versante inter *non frustrare*, & *frustrare*, nego mai. Et distincta min. nego conseq. Itaque dupliciter, potest, *non frustrari* prædefinitione consensus, alio modo, ponendo consensum; ab alio modo, impediendo prædefinitionem: quia prædefinitione, quæ non est, non frustraretur: & voluntas, ponendo consensum, liberè *non frustrari* prædefinitionem, libertate versante inter *non frustrare* (quod est, ponere consensum intentum) & *non frustrare* (quod est, impedire prædefinitionem) non verò, libertate versante inter *non frustrare*, & *frustrare*. Ad 2. nego mai. Ad prob. dist. ant. Voluntas, quando non est *physicè*, nec *moraliter*,

Eti-

nihil potest, facere, conc. ant. quando non est *physicè*; est tamen *moraliter*, nego ant. & conseq. Itaque. Sicut consensus futurus est moraliter ab æterno, in ordine ad determinandam scientiam, & verificandam, ut diximus disp. 6. & 12. de scientia, ita voluntas est moraliter ab æterno: ideoque voluntas ab æterno potest, impedire moraliter prædefinitiōnem, & in tempore potest, impedire *physicè*, vel quasi *physicè*, seu per impeditiōnem *physicè* existentem, ut ibi diximus. *Ad 3.* Dist. ant. Est necessitas antecedens *physicè*, & mediata, & cōsequens obiectivè, conc. ant. est necessitas omnino antecedens, & immediata antecedens, nego ant. & conseq. Quia hoc ipso est evitabilis: & ipsa posita, sequitur necessariò consensus, necessitate logica, consequenti, & evitabili; non vero, necessitate omnino antecedenti inevitabili. De quo fatis disp. 2. & 4. ubi etiam diximus, quod, etsi prædefinitio sit prior *physicè* consensu, & libertate; est posterior obiectivè consensu, & libertate.

19 Obij. 3. ex Iunio. Decretum immediatè applicativum Omnipotentię ad consensum, est immediatè executivum:

vum: & si fuerit connexum, tollit libertatem, ut diximus disp. 5. Sed decretum efficax intentivum consensus liberi est applicativum: Omnipotentię ad consensum; ergo. Prob. min. Omnipotentia applicatur, ad agendum per imperium, quo ei iniungitur, ut agat. Sed decretum efficax intentivum consensus est imperium, quo iniungitur Omnipotentię, ut agat: ergo. Mai. est vera: quia non aliter determinainur, ad ambulandum, nisi volendo ambulare, seu, volendo deambulationem; & non aliter retrahitur potentia deambulativa positivè à voluntate, nisi per nolitionem operationis. Prob. min. Imperium, quo iniungitur Omnipotentię, ut agat consensum, est decretum, ut Omnipotentia agat consensum. Sed dictum decretum est decretum, ut Omnipotentia agat consensum: ergo. Prob. min. Cūm omnis actio creaturæ sit actio Omnipotentię, decretum, ut creatura agat, est decretum, ut Omnipotentia agat: ergo.

20 Confirm. Deum decernere, & velle concurrere, est, suam Omnipotentiam applicare ad consensum. Sed actio creaturæ est concursus Dei: ergo. Et ratio à priori est, quia, quamvis physica appli-

applicatio ignis consistat in locali approximatione, cuius volitio se habet remote ad calefactionem, & est executiva approximationis; at intentionalis applicatio Omnipotentiaz, ut & potentiaz loco motivaz, est volitio ipsius operationis, non verò potentiaz, neque applicationis, hoc est, sui ipsius: ridicula enim esset, & nihil præstaret, nisi quatenus insuper esset volitio ipsius operationis. Ex quo infert, omnem prædefinitionem efficacem consensus esse incomponibilem cum libertate: quia, si prædefinit consensum, ut liberum, destruit suum obiectum, auferendo libertatem; quia est applicatio Omnipotentiaz. Si prædefinit consensum secundum se, et si non destruat suum obiectum, destruit libertatem: quia est applicatio Omnipotentiaz conexa cum consensu.

21. Resp. Missis alijs solutionibus, in idem residentibus, si benè intelligantur, conc. mai. dist. min. aliquod decretum, conc. min. omne decretum, nemo min. & conseq. Ad prob. dist. mai. Omnipotentia applicatur, ad agendum per imperium, quo ei iniungitur, ut agat sine interventione alterius decreti, conc. mai. quo ei iniungitur, ut agat,

cum

cum *interventione* alterius decreti; subdist. applicatur remotè, conc. mai. applicatur proximè, nego mai. & dist. minor. Quo iniungitur, ut agat, *interveniente* alio decreto, conc. min. quo iniungitur, ut agat sine *interventione* alterius decreti, nego min. & conseq. Et similiter accidit in voluntate deambulandi, quæ est applicatio proxima, vel remota ex suo modo exercito requirente, vel non requirente, intervenire aliam volitionem. Et hinc patet ad reliqua.
Ad confirm. dist. mai. Deum velle concurrere, est, Deum applicare suam Omnipotentiam proximè, vel remotè, conc. maior. determinatè *proxime*, subdist. Deum velle modo tendendi exercito, Omnipotentiam agere sine *interventione* alterius decreti, conc. mai. cum *interventione* alterius decreti, nego maior. & concess. minor. nego conseq. vel eam eodem modo distinguo. *Ad rationem* dist. 2. par. intentionalis applicatio est volitio operationis, non requirens ex modo tendendi signato, nec exercito, *intervenire* aliam volitionem, conc. requiringens ex modo tendendi signato, vel exercito, *intervenire* aliam volitionem, nego.

Ita-

22 Itaque falsum est, quod omne decretum intentivum efficax sit immediatè executivum illius obiecti, quod intendit: quia, ut vidimus in rationibus conclusionis, Deus, irresistibiliter decernere, potest, & decernit nostros actus liberos, ut vidimus prob. 2. & tale decretum irresistibile, non est executivum; alias decretum non esset de consensu libero: & quia decretum intentivum gloriz, ut corona, non est executivum: & quia imperium decreti executivi, iuxta Iunium, non est executivum obiecti actus imperati: & propter alia ibi dicta. Vnde non est de ratione volitionis efficacis, absolutè loquendo, quod sit applicatio Omnipotentiae. Imò dectetum applicativum Omnipotentiae, ut diximus disp. 5. sec. 5. nō est tale ex modo tendendi exercito; sed solum ex modo tendendi signato: ideoque potest, contingere, quod ex duobus decretis habentibus eundem modum tendendi signatum, aliud sit applicativum, aliud non sit applicativum Omnipotentiae: ut similiter accidit in condonatione, præcepto, voto, & alijs, ut ibi diximus. Et certè intentio efficax obiecti non est decretum applicativum, quando exercitè, vel signatur.

vult, obiectum exequi per aliud dectum: ut accidit in intentione gloriae coronae: quia intentio est liberalis, & executio, & decretum executivum est debitum, de quo disp. 8. ideoque intentio gloriae, ut coronae, vult, gloriam exerceri per aliud decretum. De his latius disp. 5. de merito, & disp. 9. de Incarnat. ubi diximus, Christum de facto meruisse de condigno Unionem hypostaticam, quæ merita supponunt liberalem intentionem Unionis; & ipsis debetur decretum executivum Incarnationis.

23 Obij. 4. Voluntas creata nequit, impedire prædefinitionem: ergo prædefinitio tollit libertatem. Prob. ant. ex Augustin. Enchirid. cap. 95. ubi dicit, alienum à divina perfectione posse, verificari: ideo non fecit: quia, ne fieret, quod volebat Omnipotens, voluntas homini's impeditavit. Et cap. 96. Neque ob aliud voratur Omnipotens, nisi quia, quidquid, vult, potest: nec voluntate caius piam voluntatis creatæ Omnipotentis impeditur effectus: ergo nequit, impediri. Relp. nego ant. Ad prob. concessis verbis, dist. conseq. Prædefinitio nequit, impediri, impeditione coniuncta cum existentia prædefinitionis, conc. conseq. & hoc, soluta in-

ndit Aügustin. fieri, non posse : quia
et effet, frustrare voluntatem efficac-
em Dei, quod est impossibile ; nequit,
impediri, impeditio faciente, ne un-
quam extiterit prædefinitio, nego conse-
propter sèpè dicta, præcipue disp. 4. quia
potest, impedire scientiam Medium,
à qua essentialiter pendet prædefini-
tio.

SECTIO IV.

Aliæ obiectiones solvuntur.

24. **O**bij. Bolivar. Voluntas
nequit, impedire præde-
finitionem, quæ non supponat scientiam
Medium, iuxta nos. Sed prædefinitio
consensus non supponit scientiam Me-
dium in statu absoluto: ergo. Prob. min.
Quod non supponit scientiam Medium
in statu conditionato, non supponit
scientiam Medium in statu absoluto.
Sed prædefinitio non supponit scien-
tiam Medium consensus, v. gr. in statu
conditionato : ergo. Prob. min. Præ-
definitio in statu conditionato præcedit
consensum liberum; quia consensus liber
ab ea essentialiter dependet : ergo præ-
cedit scientiam Medium, quæ supponit
actum.

actum, conditionatè futurum. Contra
 Actus liber in statu absoluto non supponit essentialiter scientiam Medium.
 Sed eam supponeret, si prædefinitio supponeret essentialiter scientiam Medium:
 ergo repugnat prædefinitio. Prob. mai.
 Actus liber non supponit scientiam Medium in statu conditionato, sed ad eam supponitur: quia scientia Media nequit existere, nisi supponendo suum obiectum, quod est actus liber conditionatè existens. Sed ab eisdem causis penderet actus liber in statu absoluto; ac in statu conditionato: ergo.

25. Resp. conc. mai. nego min.
 Ad prob. cognit. mai. nego min. Ad prob. dist. ant. Prædefinitio in statu conditionato præcedit conditionatè, subiectivè actum liberum, conc. ant. præcedit conditionatè, obiectivè actum liberum, nego ant. & nego conseq. Itaque. Prædefinitio supponit scientiam Medium in statu conditionato necessario: quia est necessariò verum: si detur prædefinitio, dabitur regulata scientia Media; & hoc est, pendere conditionate in statu conditionato necessario. Insuper. Si Deus scientia Media reflexa possit attingere suspensivè scientiam Medium directam

Disp. 6.

intendit, etiam præcedit in signo remoto scientia Media prædefinitionem in statu conditionato contingentis: quia prius, quam Deus habeat prædefinitionem, habebit hanc scientiam: si habet scientiam Medium de consensu, præfinitionem consensum. Verum est, quod dictum in statu conditionato præcedit conditionate physicè consensum, dum datur prædefinitione: quia, si existat consensus, existet physicè causatus absolutè à decreto. Et sic præcedit, quasi physicè, in statu conditionato contingentis. Insuper. Prædefinition præcedit physicè consensum in statu conditionato necessario: quia verum est, quod, si existat prædefinition physicè causabit consensum; consensus vero præcedit obiectivè prædefinitionem: quia præcedit obiectivè scientiam, præcedente, ut diximus, prædefinitione. Et falsum est, quod actus liber supponat essentialiter prædefinitionem.

26. *Ad confirm. nego maior.* Ad prob. nego ant: quoad i. par. vel eam dist. Actus liber non supponit obiectivè scientiam Medium in statu conditionato, conc. hanc partem; non supponit directivè conditionate; nego hanc partem.

Sect. 4.

tem. Et dist. 2. par. Ad eam supponitur obiectivè, conc. supponitur physicus, & conc. min. nego conseq. Itaque Scientia Media supponitur conditionatè directive ad actum liberum in statu conditionato: quia verù est: si existat consensus liber, exister per decretum directum Scientia Media: & quia hoc est necessariò verum, videò Scientia Media præcedit, directive consensum liberum in statu conditionato necessario: at verò consensus liber præcedit obiectivè scientiam Medium in statu conditionato contingenti: quia, dum. consensus existit conditionatè, determinat scientiam Medium: & consensus liber præcedit obiectivè conditionatè in statu conditionato necessario: quia est necessario verum, si existat consensus conditionatè, determinabit scientiam Medium: Et similiter est necessariò verum: si existat Scientia Media, existat de terminata ad consensum conditionatum. Hæc ex se sunt confusa.

27. Obij. 2. Beliyar. Omissio decreti essetialiter supponitur ad omissionem actus: ergo nequit, impediri decretum prædefinitivum per omissionem actus. . Si per omissionem posset, impediri decretum, posset impediri existen-

Aq. 3.

tia

Disp. 6.

auxiliij. Sed hoc est falsum: ergo;
ob.mai. Qui potest, impedire prin-
cipium auxiliij, potest, impedire auxi-
lium: ergo. De his, & similibus argu-
mentis egimus disp.4. Resp. ex ibi dictis.
Dist. ant. Omissione actus, physicè exis-
tens, & ut physicè existens, supponit omis-
sionem decreti prædefinitivi, conc. ant.
omissione actus moraliter existens, & ut
moraliter existens, nego ant. & conseq.
Ad 2. nego ant. Ad prob.dist.ant. Qui
potest, impedire principium determina-
tè requisitum ad auxilium, potest, impe-
dire auxilium, conc. ant. non determi-
natiè requisitum, nego ant. præsertim si
possit, ut potest, determinare in directò
aliud principium.

28 Obij. 3. ex Damasc.lib. 2. de
Fide cap. 30. *Illud scire, interest, Deum,*
omnia quidem præscire, sed non omnia præ-
finites præscit, enim ea etiam, quæ in nostra
potestate, & arbitrio sita sunt; at non ita ea
præfinit: neque enim, vitium admitti, vult,
wec rursus virtutis vim affert. 2. Præde-
finitio, vel ita determinat consensum, ut
reddat impossibilem omissionem? Et
sic tollit libertatem. Vel non? Et sic
post prædefinitionem consensus erit pos-
sibilis, & contingens omissione. Sed hoc es-
set,

let, posse, frustare prædefinitionem: ergo. Resp. cum Div. Thom. hic, quæst. 23. art. 1. ad 1. Damasc. ibi loqui de prædefinitione simpliciter antecedenti, seu prædeterminante: & consequenter non supponente scientiam Medium, quæ prædefinitione verè tollit libertatem. Et similiter intelligendi sunt Hieronym. & Chrysostom. quos aliqui ex adversarijs adducunt. *Ad 2.* Relinquit omissionem possibilem in sensu diviso: quia relinquit potestatem, impediendi prædefinitionem per omissionem consensus; & prædefinitione, quæ non est, nequit, frustrari.

Obij. 4. ex Herize disp. 23. à num. 112. Eiusmodi prædefinitions, si haberentur sine præcedentia scientiae Media tollerent libertatem: ergo, etiam eam habentes, si præcedat scientia Media. Probabo conseq. Si theorem: quod ex seorsim præcedentia scientiae Media tolleret libertatem, data scientia Media, non tolleret libertatem: præcedente scientia Media, posset Deus, prædefinire nosq; actus liberos decreto Thomistico, & Scotico. Sed hoc negamus: ergo. Resp. nego suppositum antecedentis: quia supponit, eiusmodi

prædefinitiones esse indifferentes, ut ad eas præcedat, vel non præcedat scientia Media; prædefinitiones enim nostræ ad nostros actus liberos essentialiter præsupponunt scientiam Medium: & , quia eam præsupponunt essentialiter, non auferunt libertatem. Unde male arguunt sic : *Prædefinitio, quæ non supponit scientiam Medium, tollit libertatem: ergo prædefinitio ita diversa à prima, ut essentialiter supponat scientiam Medium, tollit libertatem.* Malè, inquam, sic arguunt: & in re sic arguunt. Ideòque , conces. ant. nego conseq. quia prædefinitiones , non supponentes essentialiter scientiam Medium , quales sunt Thomistica , & Scotica , sunt *necessitas, quæ vitari, nequit:* & ideò tollit libertatem ex August. & Anselm. prædefinitiones verò , essentialiter supponentes scientiam Medium , *witari possunt , & ideò non auferunt libertatem.*

SECTIO V.

Deus de facto prædefinit nostros actus liberos bonos.

30. **H**Æc conclusio constat ex dictis disp. 4. sect. 6. hic repetendis, & præter authoritates Augustini, Leon. Fulgent. Prosp. quas affert Ruiz disp. 6. de provid. constat ex Dionys. cap. 5. de divin. nomin. **Exemplaria dicimus existentiam rationes substanticas, & singulariter præexistentes, quas Theologia Prædefinitiones vocat, secundum quas substantialis essentia omnia prædefinivit.**

§.

31. Eiusmodi prædefinitiones non iudico necessarias, ad obtainendum nostrum consensum liberum: quia Deus infallibiliter obtinebit nostrum consensum liberum, si det auxilium, quod, videt, coniungendum cum consensu, si existat. Et Deus neque est necessitatus, ut formaliter sit specialis benefactor in collatione auxilij efficacis, seu, ad dan-

dum auxilium, quia efficax, & casu, qui det auxilium, quia efficax, potest, illud dare, iam per volitionem efficacem ab intrinseco, iam per volitionem extrinsecè efficacem: ut sic magis amplietur dominium Dei, & libertas, se exercendi per plura, & diversa exercititia.



DIS

DISPUTATIO VI.

DE DECRETO PRÆS-

cidenti.

CUM EGERIMUS DE PRÆDEFINITIONIBUS SUPPONENTIBUS SCIENTIAM MEDIUM, & AB EA PENDENTIBUS ABSOLUTÈ SEU IN CONCIPİ, NUNC AGENDUM DE PRÆDEFINITIONIBUS PRÆSCIDENTIBUS, SEU NOA SUPPONENTIBUS SCIENTIAM MEDIUM, NEC AB EA PENDENTIBUS ABSOLUTÈ, SEU IN CONCIPİ, SEU, QUAE SOLITÙM DISIGANTUR SCIENTIA NATURALI. AN POSSINT STARE CUM LIBERTATE, EÒ QUOD PENDENT A SCIENTIA MEDIUM IN EXEQUI, SEU CONDITIONATE, EX POSITIONE COLLATIONIS AUXILIJ INDIFFERENTIS.

INSCRIPTIO I. Aliqua notabilia, & sententiae.

SUPRI, MISSIS ALIJS PTACIOMIBUS, QUAE EXCOGITARI, POSSUNT, Dupliciter excogitari, posse hoc decretum præscindens ex parte obiecti à circumstantia libertatis, & necessitatis.

¶ Si

1. Si hoc decretum unicè reguletur scien-
tia necessaria, & hac scientia necessaria
regulatus, pròrumpat sic: *Decerno, con-
fessum existere in instanti A.* Inquiritur,
an hoc decretum, quod *in concipi* no-
pendet essentialiter à scientia Media ab-
solutè, possit, pendere conditionatè à
scientia Media *in operari*, seu exequi: eò
quòd ex vi huius decreti conferat Deus
in instanti A, auxilium indifferens, seu
libertatem: In quo casu penderet hoc
decretum à scientia Media absolutè in
operari: quia non posset, dare in instanti
A, auxilium indifferens, seu liberta-
tem, quin ad collationem daretur scien-
tia Media de consensu sub eo auxilio.

2. Dicitur, hoc decretum (casu, quo
possit, stare cum libertate) pendere à
scientia Media *in operari*; *non in concipi*,
non, quia, si sub eo auxilio datur in
instanti A, deficeret scientia Media con-
sensas, tunc præcisè deficeret *operari* de-
cretum: quia tunc etiam deficeret *con-
cipi*, seu existere decretum, eò quòd de-
cretum pendebat conditionatè à scien-
tia Media pro casu, quo ex vi decreti
daretur auxilium indifferens, seu liber-
tas. Unde solùm dicitur independens à
scientia Media *in concipi*: quia non re-

gu-

gulatur scientia Media; sed solum scien-
tia necessaria; & dicitur dependens à
scientia Media in operari: quia cùm das
auxiliū indifferens ex vi huius decre-
ti, collatio auxiliū regulatur scientia Me-
dia de consensi. Atio modo statui, per
test hoc decretum præcedentem etiam parte
obiecti à circunstancia necessitatis, & libe-
bertatis; sic: Cognoscat Deus scientia
necessaria, futurum efficax hoc, vel illi-
ud auxiliū indifferens, viagè: (dennes
hoc) si datur. Rursus: cognoscat scien-
tia necessaria; se habere modis necessi-
tanta ad consensum. Quare ut ergo, an
possit Deus, sic decernere: Dicoria, con-
sensum existore in instanti A, vel per me-
dia indifferens, vel per media necessi-
tanta, ita, ut hoc decretum evincatur.
eo modo tendendi supponat essentialia
ter scientiam Medium de consensi per
ea auxilia indifferens, si dentur, vel
quia sit complacentia in ea futuritione
conditionata, vel alijs rationibus; non
tamen dirigatur scientia Media. Et: an
hoc decretum stet cum libertate.

3. Ribaden. disp. 12. Izquier. disp.
39. à num: 47. Aldrete disp. 3. de pre-
idest. sect. 10. Quiròs disp. 9. sect. 6.
Coninc, Oviedo, Ripal. & etiam citant
Suz.

aliter, nego min. & conseq. Itaque. Si determinatio hominis robusti esset in impedibilis, & infrastrabilis, tolleret libertatem, sicut determinatio Dei; sed, quia non est infrastrabilis, ideo potest, componi cum libertate.

24 Hic obijci posset, quod hæc scientia Media reflexa: *Si prævidero auxilium inefficax, non conferam, non pendet à priori à consensu, &c,* quia connectitur cum consensu sub auxilio, est impedibilis per dissensum: ergo idem accidet in decreto præscindente. *Similiter* hoc decretum: *Non dabo auxilium inefficax,* non pendet à priori à consensu, nec scientia Media: & quia connectitur cum consensu sub auxilio, est impedibile, & pendet à posteriori à consensu. *Similiter* hoc decretum conditionatum: *Non dabo auxilium, si sit inefficax,* non pendet à priori à scientia Media, &c. Sed, quia de his, & similibus argumentis diximus hic disp. 4. sect. 4. decreta eiusmodi auferre libertatem, dum non regulantur scientia Media. Et idem diximus disp. 13. de scient. sect. 4. ubi diximus, cam scientiam reflexam esse impedibilem: & eam veritatem obiecti-

vam, non qua parte includit decretum
Dei; sed qua parte dicit operationem
creatuz: & ibi latè egimus de decre-
tis similibus scientijs Medijs re-
flexis; nunc ea omittimus.

Vide ibi,



DIS-

DISPUTATIO VIII.

DE ELECTIONE AD GLORIAM, & reprobatione.

IN HAC QUÆSTIONE CELE-
berrima, priùs agemus, an sit possibilis
electio efficax ad gloriam, ut coronam,
ante absolutam visionem meritorum.

Postea: an detur de facto. Dein-
de de Reprobatione.

SECTIO I.

*An sit possibilis electio efficax ad gloriam,
ut coronam, ante absolutam visio-
nem meritorum?*

IN hoc puncto, de fide est,
esse in potestate hominis,
acquirere, & amittere glo-
riam ex Apocalyp. 3. *Tene-*
quod habes, ne alius accipiat coronam tuā.
1. ad Corinth. 9. *Ne forte, cum alijs
predicavero, ipse reprobis efficiar.* Est
etiam de fide, adultis non conferri glo-
riam, nisi suis meritis illam acquirant.
Iuxta illud: *Non coronabitur, nisi qui le-*
gitimè certaverit. Matth. 20. *Reddidit*
Cc 4 iustis

iustis mercedens laborum suorum. Vide plura apud Izq. infrā , num. 9. Quæstio ergo solum procedit : an sit possibilis electio efficax ad gloriam , ut coronam, ante absolutam prævisionem meritorum.

2 Sup. 1. Deum posse, dare gloriam , præcisè ut hæreditatem , scilicet, attento præcisè iure, quod habet homo per gratiam , & sic eam confert parvulis. Et præcisè ut coronam , scilicet, attento præcisè iure , quod homo habet per merita. Et ut coronam , & hæreditatem, attento, scilicet, iure, quod habet per merita ; & per filiationem , seu gratiam. Quæstio ergo procedit, an possit, decernere gloriam, ut coronam, per decretum non supponens visionem meritorum : & eodem iure quæri, posset, an possit, decernere gloriam , ut hæreditatem , per decretum non supponens visionem filiationis, seu gratia.

3 Sup. 2. Hanc electionem esse intentionem efficacem gloriae , quæ vocatur electio: quia per eam, non omnibus, sed aliquibus decernitur gloria, ideoque eliguntur, præ alijs, ad gloriam. Sup. 3. Ad hanc electionem in nostris principijs prærequisiti scientiani naturalem de pos-

sibi-

abilitate metiti; & insuper scientiam Medium de efficacia auxiliorum: quia non potest Deus, prudenter intendere finem, quin sciat, habere in sua manu, apponere media: quod nos aliter potest, scire quam per scientiam Medium, & scientiam Naturalem.

4 Sup. 4. Cum nos dixerimus, Deum non posse, prædefine pœnitentiam ante absolutam visionem meritorum; consequenter dicemus, Deum non posse, antecedenter eligere ad gloriam, quæ sit visio pœnitentia: quia alias vellet illa peccata, ut suo loco vidimus. Unde nostra quæstio procedit de gloria essentiali solum: & si velis, etiam de gloria accidentali, quæ non sit dicta visio.

5 His suppositis, negativam sententiam tenet Vazq. 1. part. disp. 89. cap. 3. & 3. part. disp. 23. Alarcón, Artubal, Ludov. Torres, Hurt. Lésio, Coninc 2. 2. tract. de Spe, disput. 20. Merat. 1. part. disp. 41. Carleton disp. 40. sect. 4. Amicus disp. 15. sect. 4. Martinor disp. 20. sect. 6. & alij apud Ribaden. disp. 13. cap. 1. & Izq. disp. 41. de Deo, num. 2. Affirmativam sententiam tenent communiter Thomistæ citati à Carmelitis disp. 9. dub. 2. Gonet disp.

disp. 2. art. 1, Palanco disp. 7. quast. 4.
 Scotus, & Discipuli. Ex Nostris Exim.
 Suarez lib. 1. de prædest. cap. 8. & lib.
 2. de auxiliis cap. 13. Ruiz disp. 7, & se-
 quentibus, Tanner. 1. part. disput. 3.
 quast. 5. dub. 3. Arriaga disp. 35. &
 36. Franciscus de Lugo disp. 39. cap.
 4. Ribad. disp. 13. Quirós tom. 2, disp.
 32. Izq. disp. 41. & num. 39. Herrer.,
 quast. 13. Junio sect. 14. Muniesa, Ará-
 da disp. 42. P. Duct. Vincent. Rasi-
 rea disp. 16.

6. Affirmantes possibiliterem elec-
 tionis, non omnes conveniunt. Tho-
 mista, & Scotista nolunt, talem electio-
 nem esse consequentem scientiam Me-
 diam; secus Nostri. Deinde inter nos
 trios est dissidium. Alij dicunt, talem
 electionem esse executivam. Ita Junio,
 Muniesa, Sparza, Aranda. Alij dicunt,
 esse solum intentivam. Ita communiter
 cum Suarez, Ribad. Izq. sup. Alij di-
 cunt, electionem posse, esse negativè
 priorem visione meritorum; secus pos-
 tivè: quia iudicant, omnem actum divi-
 ni voluntatis esse sui visionem: & om-
 nem actum divini intellectus esse sui
 amorem. Ita Ribad. mun. 15. Quirós
 num. 8. Aldrete disp. 6. sect. 7. n. 14.

Lu-

7. Junio cap. 6. nro. 1. dicit pos-
sibile esse talēm electionem ante ab-
solutam visionem meritorum ; eam ta-
men electionē moveri ab existentia
absoluta meritorum : quia sic tendit
Volo ribi dare gloriam , ut coronari , prop-
ter merita ab soluta , quia absolute habebitis
habitis his auxilijs , que , absolute non
tibi dare , quia sunt conditiones effodientur .
Alij cum eodem , cap. 6. num. 2. dicunt
possibile esse talēm electionem , etiam
ad gloriam accidentalem , qua videat
sua peccata . Ita qui concedunt possibili-
tem prædefinitionem penitentie : ante
absolutam visionem peccati . Alij solū
concedunt possibilem eam electionem
ad gloriam essentiālem ; secus ad acci-
dentalēm , qua videat sua peccata .

8 Dico, Possibilis est electio effi-
cax ad gloriam, ut coronam, ante ab-
solutam visionem meritorum. Prob.
Potest quis, intendere finem ante abso-
lutam visionem mediorum, si sciat, fi-
nem esse bonum, & possibilem, & sciat,
se habere in sua manu media ad conse-
quendum. Sed Deus scit, gloriam, ut

CO-

coronam, esse bonam, & possibilem; & scit, se habere in sua manu media, ad eam consequendam: ergo potest intendere gloriam, ut coronam, ante absolutam visionem meritorum. Mai. pater in humanis: & non est, cur Deus non posse id, quod etiam homines possunt. Probatur etiamen, & explicatur. Eatenus non posset Deus, intendere talam finem: quia hæc intentio opposereretur libertati meritum. Sed non opponitur: ergo potest Deus intendere talam finem. Prob. min. Connexio cum merito remotè influens in meritum, & impedibilis à merente, non opponitur libertati meritorum. Sed hæc intentio connexa cum merito remotè influit in meritum: quia solum influit medijs auxilijs: & est impedibilis à merente: quia essentialiter dependet à scientia. Media meritorum, quam merens potest, impedire: ergo non opponitur libertati meritorum.

SEC:

SECTIO II.

Solvuntur argumenta

9 D quatuor classes redinq^{nt}
posidunt argumenta. Pri-
ma intendit, electionem antecedentem
pugnare cum denominatione coronæ.
Secunda. Talem electionem pugnare
cum eo, quod gloria sit premium quoad
substantiam. Tertia. Electionem non
componi cum actibus presentis provi-
dentiæ.

10 Obij. i. Intendendo elec-
tionem antecedentem pugnare cum deno-
minatione coronæ. Talis electio non
est se ipsa executiva gloria: quia decre-
tum executivum, cum moveatur ab exi-
stentia absoluta meritorum, supponit vi-
sionem meritorum, vi cuius merita mo-
raliter influunt in gloriam, medio, scili-
cet, decreto executivo, quod immediatè
movent: hoc supponimus ex dictis disp.
6. contra Rulz disp. t. 2. sect. 7. Granad.
1. par. tract. 7. disp. 4. dect. 14. Iunio, Spar-
za, Muniesa, & Aranda. Deinde: Talis
electio non est ad gloriam, ut coronam,
signatè, hoc est, non est voluntio alterius
de-

decreti, quod sit executivum glorie: quod sic probatur. 1. Deus non potest, decernere eamdem rem per duplex decretum efficax, etiam si habeant diversa motiva: quia unum superflueret, & dati prima existentia rei per primum decre- tum, quomodo eam dabit secundum? 2. Illa electio est gratiosa, & liberalis, & consequenter non solum gratis vult, dare gloriam, sed vult, dare gloriam gra- tis: voluntas autem, dandi gloriam gra- tis, incompatibilis est cum voluntate consequenti, dandi gloriam onerosè per pretium, & meritum: sicut incompa- nibilis est voluntas, dandi equum gratis cum voluntate consequenti, dandi equum per iustum pretium. Hac electio no- vetur ex meritis existentibus: ergo ante- quam videantur merita, iam est debita gloria. Sed quod est debitum antec- denter ad merita, nequit, dari in premio: quia non est lucrum: ergo, posita tali electione, gloria nequit, dari in premio.

ii. Resp. Conc. assutnp. quicad
i. par. nego quoad 2. Ad 1. prob. dif-
ant. Neque Deus decernet eamdem
rem pure intentive, aut pure executivè
per duplex decretum, concant. per du-
plex decretum, quemcum usum sit pure

intentivum, aliud executivum, nego ant. & conseq. Quia tuhc quodvis dotremat haberet proprium manus ; & nullum superflueret : decretum intentivum datet esse rei inventivè , seu in intentione ; & decretum executivum datet effere rei executivè , seu in executione. Ad 2. dist. ant. Illa electio est subiectiva liberalis, & gratitudo, hoc est, non est debita, conc. ant. est liberalis obiectivè , nego ant. & conseq. obiectivè tamen est onerosa : quia vult, dare gloriam propter iustum premium. Itaque, gratis vult, dare, ly gratis cadente supra vult; non vero cadente supra dare: quia non vult, dare gratis: sicut gratis vult quis, vendere equum, laborare in vinea ; non tamen vult, vendere equum gratis, neque laborare gratis. Ad 3. Verum est, quòd gloria est debita antecedenter ad merita, sed dependenter à meritis, ideoque potest, datur in premium: sicut idem accidit in voluntate, quia quis vult, dare Petro equum, sed propter iustum premium. Sed de hoc plura dicemus infra in sua classe.

Obij. 2. Hec electio est actus imperans decretum executivam. Non sic. Actus imperans, & actus imperatus pertinent ad eundem virtutem. Sed hac

hæc electio imperans pertinet ad libera-
litatem, & est actus liberalitatis: ergo
decretum executivum gloriae est actus
liberalitatis, & consequenter non est
actus iustitiae: & ab opposito, Decretum
executivum est actus iustitiae laxæ, scilicet
remunerativa: ergo electio est
actus iustitiae; & consequenter non est
actus liberalitatis. *Confirm.* Quia actus
internus, & externus pertinent ad eam-
dem virtutem, & constituunt unum; eò
quod unam tantum habeant libertatem,
si actus externus est actus iustitiae, talis
est internus, & è contra: ergo idem ac-
cidit in actu imperante, & imperato,
qui, iuxta nos, solum sunt liberi libertate
actus imperantis. 2. Ideò voluntas, dan-
di gratiam, est liberalis, quia collatio
externa gratiae est liberalis. Sed collatio
externa gloriae non est liberalis, sed debita:
ergo voluntas, dandi gloriam, non
est liberalis, sed debita, & ex iusti-
tia.

13. Resp. Missis aliorum solu-
tionibus, ex dictis disp. 5. de act. human.
& disp. 2. de merito, sect. 6. & disp. 4. de
Bonitate, sect. 4. dist. mai. Actus imperans,
& imperatus pertinent ad eamdem vir-
tutem electivo, & determinative, cons.
mai

mai. elicitivè; subdist. si imperatus non sit electio formalis, nego mai. si sit electio formalis, ut frequenter est, ut diximus disp. 4. de bonit. sect. 4. iterum subdist. non mutuò, conc. mutuò, nego maior. quia imperatus elicitor tunc ab eadem virtute, à qua elicitor imperans, sed etiam elicitor ab alia, à qua non elicitor imperans, ut diximus de timore imperante actum charitatis. Et dist. minor. Electio est actus liberalitatis subiectivè, cone. min. quia non est debita; elicitivè, permitto: quia nescio, ex quo motivo Deus illam habet. Et dist. conseq. Executio est subiectivè liberalis, nego; elicitivè, subdist. si sit electio formalis; conc. aliter; nego: ex eo autem, quod moveatur, ad dandum ex motivo iustitiae; nihil impedit quod simul moveatur, ex motivo liberalitatis, amicitiae, & alijs, ut dicit Ribadeneir. num. 10. & Iun. sap. & cap. 5. num. 12. ut diximus disp. 2. de charit. sect. 3. Itaque cum actus imperatus solum sit mediata liber, ut diximus disp. 3. de act. human. sect. 3. actus imperatus est meritum inadæquate distin-
ctum ab imperio, ut diximus disp. 2. de merito, sect. 6. Quia solum habet libertatem in imperio; et si saxe habeat ho-

Dd

nesta-

nestatena distinctam ab honestate imperij, ut ibi diximus: Ideòque eadem virtus quæ eligit, & determinat imperium, eligit, & determinat imperatum: at verò sapè virtus, quæ elicit imperatum, est distincta à virtute, quæ elicit imperium. Ideò iudico cum Iunio num. 15: contra Izquierd. num. 24. actum formalem, iustitiaz posse, esse materiam liberalitatis: ut, si ex motivo liberalitatis, & in qua gratiam velim, inire tecum contractum, ad quem non tenor: & si ex motivo liberalitatis velim, tibi dare centum, quæ debo: qui actus vult, dare gratis præcisivè, hoc est, movetur ex motivo ex se non exigente onus; non verò vult, dare gratis positivè, seu secundum negativum, quòd dicit, dare gratis: hoc est dare positivè sine onere.

14. *Ad confirm.* Iam diximus, disp. 2. de merito, scđc. 7. actionem externam non habere aliam honestatem, formalem nisi extrinsecam, & derivatam ab actu interno: quia ipsa non respicit intrinsecè finem, & ex se indifferens est, ut fiat ex hoc, vel illo motivo. *Ad 2.* Conc. maior. & min. nego conseq. Quia, & collatio externa gratiaz est liberalis, non est, cur voluntas, dandi gratiam, non

sic

fit liberalis; at verò licet gratia sit aliunde debita , potest dari in præmium , ut diximus disp. 5. de merito; præcipue si non sit aliudè danda quàm dependenter à meritis.

15 Insistes. Implicat, dari gloriam, nisi, ut decernitur. Sed decernitur gratia, & ante prævisa merita : ergo implicat, dari onerosè, & post prævisa merita. Et ab opposito : datur post prævisa merita : ergo decernitur post prævisa merita. 2. Remunerari gloria, ut corona, est, ita velle : *Volo tibi dare gloriam, quia eam mereris.* Sed hic actus supponit visionem meritorum : ergo & voluntas, dandi gloriam , eam supponit. Resp. dist. mai. ly ut se habente ex parte obiecti directi, conc. mai. ly ut decernitur se habente ex parte modi decernendi, nego mai. & dist. min. Decernitur gratis ex parte modi decernendi, conc. min. ex parte gloriæ decernendæ, nego min. quia decernitur, gloriam dari ex meritis. Vel sic. Implicat , dari gloriam , nisi ut decernitur, ly significante passivam collationem, & decretum executivum, conced. ly significante modum dandi decretum , nego, ut patet in volitione reflexa intentionis. ad 2. conc. maior.

Dd 2. &

& minor. distin. consequen. Volu[n]cas executiva, dandi gloriam, supponit visionem, conc. intentiva, nego conseq.

§.

16 Secunda clasis argumentorum intendit, posita tali electione antecedenti, non posse nos, mereri gloriam quoad substantiam: quia gloria non erit lucrum; siquidem iam erat debita antecedenter ad merita; & quia mereri gloriam quoad substantiam, est, mereri primum decretum gloria: quare ratione, iuxta plures, B. Virgo non meruit Incarnationem, quoad substantiam, et si meruerit unicum decretum executivum Incarnationis. Et sic similia, de quibus disp. 5, de merito. Verum cum ibi dixerimus, principium meriti posse dari in premium meriti: immo, & donum, cum quo meritum connectitur naturaliter, ut vult Iunio hic cap. 11. num. 1. contra Oviedo, Lugo, Ripalda; sed etiam cum quo essentialiter connectitur, ut vult Exim. Suarez, hac argumenta soluta sunt. In praesenti tamen specialis est ratio: quia gloria, et si de-
creta

ereta sit antecedenter ad merita; non tamen independenter: neque verum est, ad merendum gloriam quoad substantiam, necessarium esse, mereri primum decretum: sufficit namque, mereri decretum executivum. Et B. Virgo propter hanc rationem meruit substantiam Incarnationis, non *de condigno*, nec *de congruo*; sed *de digno*, ut diximus disp. 9. de Incarnation. sectio 7. Imò Iunio hic capit. 11. numer. 16. ait, posse nos, mereri gloriam quoad substantiam, non merendo adhuc decretum executivum.

§.

17 Tertia classis intendit, posita tali electioni, non dari in nobis libertatem mediatam perdendi gloriam. Verum his iam satisfecimus in ratione conclusionis, & pleniùs dicemus infrà, agentes de electione antecedenti, quam, dicemus, dari de factò.

18 Alia intendunt, posita tali electione, non esse Deo immediatè liberum decretum executivum gloriae. Cui argumento omnes satisfacere debemus. Siquidem, prater varia Scripturæ loca;

Dd 3. ex

ex Trident. sess. 6. cap. 6. constat, Deum promisisse gloriam omnibus descendentiis in gratia, sive si deceaserint in gratia: ex qua promissione, & purificatione conditionis, tanquam ab obligatione formalis, sive ex iustitia, sive ex fidelitate, pro diversitate sententiarum, determinatur Deus ad collationem gloriae; quia cognitio promissionis conditionata, & purificationis conditionis connatur, et purificatio cum positione decreti et executivi Ribadeneir. disp. 14. num. 15. ait, hanc electionem non auferre libertatem immediatam: quia est principium remotum decreti executivi, sicut prædefinit in respectu consensus. Izquierd. disp. 4. 1. num. 57. varios modos meditatur, quibus, præfertim tribus, ait, componi, posse libertatem Christi cum præcepto de morte; de quibus egimus disp. 14. de Iun. car. sect. 1. & quos recte impugnat Iunio cap. 12. à num. 10. & 11. Iunio num. 12. quinque modos assignat, quibus stare, possit libertas immediata decreti executivi.

19 Dico: Deum in tali casu esse necessitatum, quoad speciem ad decretum executivum, liberum tamen, ad executandam gloriam ex his, vel illis motivis,

tivis, ut in simili diximus disp. 5. de me-
rito, sect. 3. & liberum etiam quoad in-
dividuum: quia potest, exequi gloriam
per hanc, vel per illam actionem, cum
non determinet hanc, præ illa.

§

20 Quarta classis argumentorum
intendit, non rectè componi electionem
antecedentem. cum actibus præsentis
providentia. Verum, quia modò solùm
agimus de possibili immediatiùs, ve-
niunt hæc argumenta quæstioni afferen-
ti, etiam de factò dari talem anteceden-
tem electionem, ut dicimus infrà.

21 Ex his infero, possibilem esse
electionem ad gloriam ante visionem
unius meriti, etsi sit post visionem alte-
rius: quia in hoc non apparet repugna-
tia: siquidem potest quis, intendere fi-
nem ante visionem unius medij, etsi sit
post visionem alterius. Infert. 2. Posse
Deum, post absolutam visionem meri-
torum decernere gloriam, ut solam hæ-
reditatem: quia posset Deus, dicere: etsi
eliciturus es merita, nolo, tibi dare glo-
riam propter merita; sed solùm prop-
ter filiationem. Et similiter post visio-

nem filiationis potest Deus , dare gloriā, unicē ut coronam , propter similem rationem. Et similiter potest, decernere gloriam , ut donum gratuitum, post absolutam visionem meritorum , & filiationis , propter similes rationes,

SECTIO III.

An electio antecedens se ipsa esset execucio glorie post absolutam visionem meritorum?

22

Affirmat Ruiz disp. 12. sec. 7. Gran. 1. part. tract. 7. disp. 4. sect. 4. Herize disp. 24. num. 48. loquendo de eximiè prædestinatis. S. parza, & Aranda, & qui sequuntur indivisibilitatem decretorum. Et Iunio cap. 6. Negativam sententiam tenet Riba. deneir. disp. 14. num. 1. cum Suarez, Arrubal, & Thomistis communiter, Quiròs hic disp. 12. Arriaga, Aldrete hic disp. 7. Medium sententiam tenet Izquier. disp. 41. num. 16. & latius disp. 42. à num. 42. asserens utrumque possibile, scilicet, possibilem esse electionem, qua non sit executio; & possibilem esse executivum de-

cre-

cretum præmij , quod nona supponat prævisum meritum. P. Doct. Vincent Ramirez, disp. 16. cap. 2. dicit, possibilem esse electionem , quæ sit purè intentiva: & cap. 3. dicit, possibilem esse electionem , quæ sit immēdiatè executiva.

- 23 Dico cum Suarez lib. 3. de auxilijs , cap. 19. num. 14. & lib. 1. de prædest. cap. 14. dictam electionem non esse executivam meritorum. Prob. 1. Hæc electio non vult , præcisè existere gloriam , positis meritis ; sed , existere gloriam causatam à meritis. Sed nequit , existere gloria , causata à meritis absolutis , nisi quatenus merita absolutè prævisa moveant , & suo modo causent decretum executivum gloriæ : ergo decretum antecedens absolutam prævisionem meritorum , nequit , esse executivū gloriæ. 2. Decretum executivum gloriæ debet , esse executivum gloriæ correspondens etiam pœnitentia peccatorum. Sed electio antecedens visionem meritorum nequit , esse electio ad gloriam correspondentem pœnitentia peccatorum : ergo nequit , esse executiva gloriæ. Vide alia apud Ribad. à num. 1. quæ omitto , quia fortè minus certam continent doctrinam.

Obij.

24 Obij. Omnipotentia sufficienter applicatur ad opus, eo præcisè, quod efficaciter velit illud, & dentur circumstantia pro quibus velit illud. Sed Deus electione antecedenti vult efficaciter, dari gloriam per merita tali tempore, & positionis meritis, datur illa circumstancia: ergo sufficienter applicatur Omnipotentia per electionem antecedentem.
 Resp. Dist. mai. Si Deus velit, illud opus esse per aliud decretum, nego mai. aliter, permitto mai. & dist. min. Deus electione antecedenti vult, dari gloriam per merita, & dari per decretum, quod moveatur ex meritis, per quod moraliter causatur gloria, conc. min. aliter, nego min. & conseq. Itaque. Electione antecedenti Deus vult, dari gloriam per decretum remunerativum, sic tendens: *Volo tibi, dare gloriam, quia compromitus es*: hoc autem decretum ex se supponit prævisionem meritorum: cùm ergo visio non habeat vim movendi potentiam appetitivam, nisi media volitione: visio meritorum debet, movere decretum executivum.

25 Infistit Iunio cap. 7. à num. 5. Decretum conditionatum formaliter determinat, posita visione conditionis.

Et

Et decretum disiunctivum actionis *A*, vel *B*, formaliter determinat ad actionem *B*, posita volitione actionis *A*; & intentio finis formaliter determinat ad positionem medij *A*, superveniente notitia de eius necessitate. Item, ut fatemur disp. 5. de act. hum. sect. 5. Imperium non solum determinat activè, media sui cognitione, ad actum imperatum; sed etiam subiectivè: si ergo hæc voluntio antecedens, posita visione, determinat formaliter ad executivum decretum: eur antecedens voluntio executionis consequentis gloriae, non determinabit immediate Omnipotentiam: quia tam patet Omnipotentia voluntati, quam ipsa voluntas sibi. *Vrgit*, ut ait, duriter. Fatuum est decretum rei, quæ ante decretum videtur absolute existens in se, vel in alio. Sed posita intentione gloriae per meritam (idem de decreto conditionario, & decreto disiunctivo, posita notione unius extremi) ante decretum secundum videtur in se, vel in alio gloria existens per meritam: ergo fatuum est secundum decretum. 2. Decretum productivum Petri pro *A*, indiget adventu instantis *A*, ut sit proximè executivum pro illo: ergo similiter, & absolute poter-

terit decretum, ut sit proximè executivum, egere adventu cognitionis, quam, ut prævisam, designarat operationi; & consequenter electio antecedens, et si indigeat adventu visionis meritorum, ad exequendam gloriam, poterit tunc in se ipsa esse executiva gloria.

26 Resp. Permisso, decretum conditionatum, purificata conditione, formaliter determinare decretum disjunctivum; etiam formaliter determinare positionem *B*, posita nolitione *A*, & intentionem finis determinare formaliter ad positionem medij *A*, quando talis intentio non vult signatè vel exercitè, positionem medij *A* fieri per aliud decretum: si enim intentio (idem de alijs decretis positis) velit signatè, aut exercitè, medium, aut unum ponì per aliud decretum, tunc intentio non determinabit formaliter ad positionem medij *A*, sed illativè, ut patet: electio autem antecedens vult, gloriam ponì per aliud decretum: quia, cum velit gloriam dari, ut coronam, vult, ponì ex influxu morali meritorum: hic autem influxus in eo stat, quod merita per sui visionem moveant Deum, ut velit, dare gloriam ad eorum exigentiam: quia visio non

mo-

movet volitionem , ut agat, sed voluptatem , ut velit , agere : cum ergo visio non possit, moveare volitionem antecedentem , solùm restat , ut moveat volitionem consequentem. Ad urgentiam. Dist. ant. Si videatur sic existens independenter à secundo decreto , permitto ant. si videatur res existens dependenter à secundo decreto , nego : quia potius necessarium est tale sesundum decretum , cum videatur , rem exequendam per illud. Ad 2. Cone. ant. & permisso conseq. quando decretum antecedens non velit , rem poni per aliud decretum ; fecis accidit in electione antecedenti , que signatè vult (quidquid Iuvio repugnet) gloriam poni per aliud decretum propter nostras rationes , & propter immediatè dicta . Et ex immediate dictis satis suadetur , ex vi electio- nis ad gloriam , ut coronam , gloriam similiter existere dependenter à secun- do decreto.

27. *Insistit numeri 4. Elec-
tio antecedens movetur intrinsecè formaliter
& per se à merito , tñ merito , supponit
que illud obiectivè strictè persuam tem-
dentiam causalem , non ut causam obiec-
tivam sui , sed , ut motivum formale ,
quod*

quod constituit in ratione cause obie-
ctivæ gloriam: quia sic tendit: *Volo dare*
tibi gloriam, ut coronam, propter merita;
que absolute habebis, habitis auxilijs, que
absolute volo, tibi dare, quia sunt condi-
tionatæ efficacia: quæ tendentia possibi-
lis est: sicut, in sententia concedente
prædefinitiones, possibilis est hæc inten-
*tio gloriae: *Volo tibi merita, & gloriam**
propter illa. Resp. Admissa, esse possibi-
lem tendentiam electionis assignata (et-
si videatur transferri ad actum volunta-
tis modum tendendi, qui videtur pro-
prius actus intellectus) sed admissa pos-
sibilitate dictæ tendentiaz: sicut vere est
possibilis dicta intentio: *Volo tibi meri-*
ta, & gloriam propter illa. Neutra ex his
electionibus, seu intentionibus move-
tur ex influxu meritorum, ut talium, seu,
ut absolute existentium: quia merita, ut
alia, solùm influunt moraliter in glo-
riam, quatenus media sui visione mo-
vent voluntatem, ut velit; cum haec in-
tentiones, seu electiones assignatae non
ita moveantur ex meritis, ut talibus; ideo
non moveantur ex influxu morali meri-
torum, ut talium, seu ut absolute exi-
istentium, quidquid verba sonent; in re-
tinentia, dictæ intentiones, & volitiones
solùm

folum volunt antecedentes merita
de sine motione meritorum , datus postea
gloriam per aliud decretum , quod mo-
veatur ex visione meritorum , & quod
sit debitum ex iustitia , vel fidelitate , pro
diversitate sententiarum , positis , & visis
meritis .

28 Ex quo sequitur , illam tenden-
tiam intrinsecè causalē assignatam so-
rum esse intrinsecè causalē signacē
quatenus signet aliam volitionem capi-
sandam à visione meritorum ; nequit
verò , esse intrinsecè causalē exercitē ,
quatenus ipsa causetur à meritis , ut ta-
libus , seu , ut absolutē visis : & conse-
quenter merita ; ut talia , non sunt mo-
tivum formale huius volitionis ; sed si-
lam erant motivum formale ab eis
volitionis : quia merita , ut talia , solum
possunt , movere mediū sui visiones . Non
enī merita condicionata non mouentur ;
ut sit , nisi media scientia condicionata
ira merita absoluta , pliori tunclo , sicut
movebunt , quia sive , nullū media visio
absoluta . Et quidem quām exercitū glori-
fici non posuit fieri sine actu iustitiae , &
exercitū gloria sit debicere iustitiae
fidelitate ; actus interius , quo ponunt
in executione videtur , sive similitudo e-

bitus. Sed electio antecedens non est debita: ergo electio antecedens nequit, esse executiva gloria, ut coronæ.

SECTIO IV.

An electio ad gloriam secundum se, quia non presupponas scientiam Medium, componatur cum nostra immediata libertate bene agendi: cum potestate mediata adquirendi gloriam, ut coronam, & cum libertate mediata perdendi gloriam?

29. **S**up. i. ex dictis curi Suarez in opusc. cap. 19. de auxil. num. 26. Izq. disp. 41. à num. 40. Talem electionem recteflare cum eo, quod gloria detur, ut corona. Quia recte stat, me determinare, indigenti subvenire, & postea determinare, an id faciam gratis, an solvendo debitum. Item recte stat, me absolute decernere, dare tibi equum, & postea decernere, an illum dem gratis, an propter iustum premium: ergo recte stat. Deum absolutè decernere, dare gloriam, & quod postea videns merita, decernat gloriam, ut coronam. 2. **Q**uia ex dictis disp. 5. de

met

merito, à sect. 2. recte potest, dari in
præmium donum, quod absolute esset
dandum, et si non daretur meritum: quia
tale donum datum in præmium, augeret
bona merentis:

30. Sup. 2. Hanc electionem se-
cundum se solam, recte stare cum liber-
tate nostra, bene, vel male operandi. Ita
relati, & Iunio cap. 4. num. 3. Palanco
sup. & P. Doct. Vincent. Ramirez sup.
cap. 2. numer. 46. Quia in primis hæc
electio est extra nostram potestatem
bene, vel male operandi: quia quamvis
est impedibilis; tamen ex se non habet
connexionem cum operatione: quia, si
habet cōnexiōnē cū collatione gloriæ, &
Deus potest, conferre gloriam decedenti
in peccato mortali, condonando, scili-
cet, tale peccatum, vel extrinsecè, vel
intrinsecè, ut diximus disp. 4. de iustifica-
sine actuali retractatione peccatoris,
& ipsa gloria est formalis remissio pec-
cati, ut diximus disp. 2. de vis. sect. 4.
Sicut potest etiam, denegare gloriam
decedenti in gratia in alia providentia.

31. His suppositis, solum restat:
an talis electio non supponens essentia-
liter scientiam Medium, determinatam
nobis relinquit libertatem mediataam

Ec per-

Disp. 8.

434 perdendi gloriam. Affirmant Thomistæ cum Palanco sup. & plures Scotistæ. Ex nostris Ribadeneir. disp. 14. à n. 36. Izquierd. disp. 41. à num. 40. et si diversis modis: & probabilem reputat Suarez in opusc. supra. Negat, præter negantes electionem antecedentem, Arriaga disp. 35. Junio cap. 4. & num. 4. Sicuti Suarez supra. Placet hæc sententia, quam sic prob. Non possumus, impedire talem electionem: ergo neque perdere gloriam. Prob. ant. Non aliter possumus, impedire divinum decretum, quam impediendo scientiam prærequisitam, & necessarium constitutivam divinae libertatis, ut dicemus disp. 9. sect. 7. Sed non possumus, impedire scientiam necessariò constitutivam divinae libertatis ad talem electionem; quia ad talem electionem non est prærequisita scientia Media de efficacia, ut supposuimus: ergo non possumus, impedire talem electionem.

32 Dices ex Ribadeneir. Hac electio rectè componitur cum libertate, perdendi gloriam, si sit purè intentiva, & Deus, sic præcisive volens gloriam, simul velit, quod in casu creatæ libertatis ad inanitum, detui deceptio, excep-
tivum.

tivum gloriæ, ut coronæ : & in casu carentiæ libertatis detur decretum executivum gloriæ independenter à meritis: qui casus utique possibilis est. Probatur assumptum. His positis, homo in casu libertatis, ad merendum, posset, omittere meritum: ergo posset perdere gloriam: quia, amissio merito, nullum datur decretum executivum gloriæ ; non executivum gloriæ propter merita: non executivum gloriæ independenter à meritis: quia hoc non existit, nisi deficiente libertate, quam, supponimus, dati. *Expli-*
catur. Hæc intentio non permittit, dari aliud decretum frustrativum huius intentionis: ergo, et si ipsa per se non requirat scientiam Medium de efficacia; non tamen permittit, Deum habere decretum collativum libereatis, nisi habeat scientiam de efficacia, ut possit Deus habere decretum executivum gloriæ, ut coronæ. Nihil sic. Coexistentia huminis duplicis decreti connectitur cum Scientia Media efficaciæ: ergo creatura potens, impedire scientiam Medium de efficacia, posita libertate; poterit impedire coexistentiam decretorum. Sed, posita libereate, non potest, impedi-
 te decretum unicum collativum liber-

Ee 2 tatis:

tatis : ergo posita libertate , poteris ;
impedire intentionem gloriae , secun-
dum se , & consequenter perdere glo-
riam.

33 Hic discursus ingeniosus , fal-
sus est. Quia identificat intentionem
gloriae cum volitione decreti executivi
gloriae, ut corone, pro casu libertatis ; est
contra suppositionem : quia supponit
hic discursus , intentionem gloriae non
præquirere scientiam de efficacia , &
tunc eam præsupponit hæc volitio
quod sic probo. Decretum executivum
gloriae, ut corone, præsupponit scientiam
Medium efficaciae : ergo volitio talis
decreti eam præquirit. Prob. conseq .
Deus, nec determinatè, nec vagè potest,
velle aliquod decretum , nisi præsciat,
illud esse in sua potestate. Sed de-
cretum executivum gloriae, ut coronæ, non
est in potestate Dei sine scientia effica-
ciae: ergo Deus non potest, velle tale de-
cretum executivum sine scientia effica-
ciae. Mai. videtur certa: quia, indignum
est Deo, velle, adhuc vagè, id, quod ig-
norat , an sit in sua potestate : prater-
quam valde dormitaret divinus intelle-
ctus, si ignorareret , quod decernit effica-
citer, etiā vagè decernat.

Si

34. Si intentio gloriæ non identificatur cum volitione decreti executivi gloriæ, ut coronæ, sed hæc existit simul cum intentione, quæ videtur mens Ribadeneir. Nunc sic. Hæc volitio prærequisit scientiam de efficacia propter immediate dicta: ergo creatura potens, impeditre scientiam Medium, poterit, impeditre hanc volitionem: alias, non posset impeditre intentionem gloriæ, ut potè non regulatam scientia Media: ergo non potest, impeditre gloriam. Diceare autem, Deum teneri, non dare libertatem, nisi regulatum scientia de efficacia, ne frustretur prima intentio, est falsum, vel supponit probandum: quia non frustrabitur prima intentio, dando gloriam; et si creatura malè operetur, quam, potest, dare Deus ex vi talis intentionis: quia ut diximus, et si Petrus peccaverit in A, potest Deus, dare gloriam in B, remittendo peccatum per visionem, vel per extrinsecam condonationem: ergo ex hoc capite non tenetur Deus, ad non dandam libertatem, nisi regulatus scientia de efficacia. Ad explicacionem iam dixi partim. Ad prob. Voluntas creata potest, impeditre decretum collativum, si sit connexum cum quovis.

extremo, qualis est illa volitio; si vero non sit connexa, neque præquirat determinatè scientiam Medium, creaturæ, neque volitionem, neque intentionem, poterit, impedire.

35 Alium modum componendi libertatem proponit num. 38. Si simul cum prima intentione gloriae, habeat aliud decretum, quo decernat Petrum habere libertatem, ad merendum, & quodlibet libertatem nactus, non consequatur gloriam, nisi mereatur. Nunc sic. Hec decreta quamvis divisim non requirant scientiam de efficacia, coniuncta tamen, illam exigunt. Sed creatura per dissensum non potest, impedire decretum collativum libertatis: ergo potest, impedire intentionem gloriae, posse libertate. Hoc assertum impugnat Junio numer. 15. sic. Homo, libertatem adeptus, potest, omittendo meritum, impedire intentionem gloriae, tollendo terminum connexionis, scilicet, gloriam: ergo intentio connectitur cum gloria; etiam pro casu libertatis inefficiacis: alias libertas non possit, impedire intentionem impediendo gloriam per dissensum: quia non tolleret terminum connexionis intentionis: ergo illa intentionis

tio est volitio efficax gloriae , etiam pro casu libertatis inefficacis, saltem virtuiter: ergo secundum decretum , non dandi gloriam, nisi per merita ; data libertate, est contrarium huic intentioni, & consequenter non possunt, dari simul haec decreta.

36. Sed quidquid sit de efficacia impugnationis, quæ, et si pulchra, forte est fallax. Dico , impossibilem esse coniunctionem horum decretorum , nisi secundum supponat essentialiter scientiam de efficacia: quia, si eam non supponat, neque poterit hoc impediri : neque intentio , propter dicta. Unde sequitur, dandam, & non dandam gloriam , non positis meritis , ideoque repugnat coniunctio. Deinde. Scire vellem , cur in eoscasu, potius impediret libertas intentionem gloriae, quam secundum decretum, si nullum determinatè exigat scientiam de efficacia. Potius ego dicerem, impediendum secundum decretum: quia datus illam intentionem , absolute censetur, velle dare gloriam , sive existant , sive non existant merita. Ad modum , quo volens absolute, iejunare, iejunium vult, et si se offerant occasiones comedendi: alias non frangeret votum ita: absolutum,

xum, si comedederet, oblata tali occasione;

37 Izquierd. disp. 41. à num. 40, aliam intendit viam, salvandi libertatem perdendi gloriam; vel potius tres modos proponit, 1. est: Si hæc intentio sit principium remotum decreti executivi, ut ait, posse: quia tunc decretum executivum gloriæ esset immediate liberum, possetque Deus illud suspendere, si non darentur merita; & ponere, si darentur merita: ad modum, quo decretum præscindens rectè componitur cum nostra libertate. Verum hic modus difficultis est: quia, 1. admissio, quod intentio circa actum divinum non sit illius executio: adhuc non relinquit libertatem ad decretum executivum; sicut eam non relinquit nobis decretum præscindens ad actus nostros. 2. Intentio gloriæ, per te, est indifferens ad humanam libertatem, vel necessitatem, & consequenter non connectitur cum decreto gloriæ, ut corona: ergo ex eo, quod creatura possit, impedire decretum gloriæ, ut corona, non sequitur, quod possit, impedire intentionem gloriæ. Dicere autem, quod pro casu libertatis connectitur intentio cum hoc decreto executivo, est voluntarium: quia, adhuc

po-

positis meritis, posset Deus, ex vi illius intentionis dare gloriam gratuitò : & posita omissione, & peccato, posset dare gloriam ex dictis. 3. Quia decreta Dei solum possunt, impediri à creatura, quatenus hæc potest, impedire scientiam necessariam ad decreti libertatem. Sed hanc non potest, impedire, adhuc per accidens, posita libertate creatæ : ergo neque per accidens potest, impedire intentionem gloriæ, posita libertate.

38 2. *Modus* est: Casu, quo hæc intentione sit principium immediatum decreti executivi: & simul possit Deus, habere decretum conditionatum, non dandi gloriam, si desint merita. Nunc sic. Posita libertate, potest creatura, impedire merita: ergo & potest, impedire gloriam; & consequenter intentionem gloriæ. Quod explicat, & est *Tertius modus*, in casu, quo hæc nolitio gloriæ, si desint merita, sit applicatio Omnipotentiaz: tunc namque non potest creatura, per omissionem meriti impedire intentionem gloriæ. Hi tamen modi componendi repugnant. 1. propter dicta secundo modo P. Ribadeneir. hic repetenda: ideoque magis repugnat, quod decretum illud conditionatum sit appli-

cativum Omnipotentia. Explicatur. De-
cretum beatitudinis in beatis, non regu-
latum scientia Media, pugnat cum li-
bertate, perdendi gloriam. Et decretum
æternæ damnationis in damnatis pug-
nat cum libertate, acquirendi cœlum:
ergo decretum absolutum, dandi glo-
riam, pugnat cum libertate, eam amit-
tendi. Hæc paritas æquè pugnat contra
decreta antecedentia Thomistarum cir-
ca nostras operationes.

SECTIO V.

*An de facto electio ad gloriam sit ante ab-
solutè prævisa merita?*

39 **I**N hac quæstione commu-
niter reiicitur sententia
Ochan. Gabrielis, & Catherini opusc.
de prædest. lib. i. dicens, B. Virg. Ioan-
nem Baptistam, & Apostolos, & similes
Sanctos, electos esse antecedenter, alios
verò consequenter. Multiplex igitur est
sententia. Pro parte absolutè negante
electionem antecedentem, stant omnes,
qui suprà negarunt eius possibilitatem
eum Vázq. At verò Izq. disp. 41. num.
99. secutus Alcazar, & Ruiz, ait, Deum
ante

ante absolute prævisa merita determinasse certum numerum salvandorum, quo decreto omnes vagè sint prædestinati, & post visionem meritorum designasse personas, ita, ut una exidente à gratia, eligatur alia. Alij apud Arriaga disp. 36. à num. 31. dicunt, eos eligi antecedenter, qui salvantur sine occasione peccati; eos verò consequenter, qui salvantur occasione peccati. Aldrete disp. 9. de prædest. sect. 3. electionem fieri ante prævisionem meritorum in se ipsis; & post visionem meritorum in alio. At pro parte affirmante absolute, dari talem electionem, stant reliqui omnes afferentes possibilitatem, quos citat, & sequitur Ribad. disp. 13. num. 2. Herrera quæst. 13. Palanco disp. 7. quæst. 5. à num. 23. P. Doct. Vincent. Ramirez disp. 16. cap. 4. Aranda disp. 42. à num. 183. plura dicit: ait enim, non esse antecedentem, neque esse consequentem; sed solum comitantem; esse tamen antecedentem quoad modum nostrum concipiendi.

- 40. Placet Eximus Suárez, ante cuius probationem Sup. 14. cum Arriaga disp. 36. num. 19. Ribad. disp. 13. num. 34. electionem antecedentem non

cla-

clarè probari authoritate , quamvis vē
ro similiū suadeatur. Sup. 2. cum Sua-
rez lib. 3. de auxilijs , Izq. Ribad. Her-
rer. Ruiz, Arriaga. Ex mente Augustini
dari duas electiones ad gloriam : aliam
~~antecedentem~~ , subiectivè liberalē ,
quam Augustin. vocat propositum , ad
Simplicianum. Aliam consequentem , &
onerosam , quam semper vocat ele-
ctionem.

41 Probari solet hæc conclusio
multis authoritatibus, quæ videri , pos-
sunt apud Ruiz disp. 8. 9. 10. & 11. de
prædest. Aldete disp. 6. Ribaden. disp.
13. cap. 3. Izq. disp. 41. quest. 3. Quæ
omnes reduci , possunt ad quatuor capi-
ta. 1. Ad prioritatem divini propositi
ordinationis , & electionis , cùm dicatur ,
esse ab origine mundi ante constitutio-
nem faculi , priùs , quam boni , vel mali
agamus aliquid. Hæc tamen ab aliqui-
bus explicantur de prioritate temporis .
Ab alijs de prioritate logica ; non de
prioritate naturæ. Et , licet , intelligan-
tur de prioritate naturæ , possunt , intel-
ligi contra Pelagium , & Massilienses re-
late ad opera naturalia. Et , si intelli-
gantur relate ad opera supernaturalia ,
possunt intelligi , vel de sola electione
con-

conditionata ad gloriam, ex se communi etiam reprobis, quæ tamen in electis est causa gloriae medijs auxilijs, vel de electione ad perseverantiam, quæ, ut coniuncta cum electione efficacij antecedenti, potest, vocari electio ad gloriam: vel potius coniuncta cum scientia reflexa, dandi gloriam sub hypo thesi visionis perseverantie.

42. 2. Caput. Quia electi vocantur iusti, perseverant, & glorificantur, quia sunt electi, iuxta illud ad Rom. 2. Quos prescrivit, & praedestinavit, &c. Hæc tamen intelligi possunt ita, ut ly quia non significet rationem physicam in essendo, sed logicam in inferendo. Sie expliq. Ribad. hic, num. 34. August. cap. 7. de correptione afferentem, ideo electus esse, qui secundum propositum vocati sunt. Item possunt, intelligi de electione ad gratiam finali, quæ virtualiter dici, potest electio ad gloriam: vel modo ultimo posito numer. antecedenti. 3. Caput est locoru[m] dicentium, quod electio non est ex operibus, & meritis, sed ex gratia, & voluntate. H[oc] tamen responderi potest. SS. & principiè August. solita intendere, electionem non esse propter opera naturalia: & adeò fuit

suit hoc intentum Augustini, ut Ruiz disput. 10. de prædest. scđt. 1. iudicet, Augustinam assertoriè addidisse, electionem ad gloriam nō esse ex prævisis meritis. Vel dici, potest, electionem ad primam gratiam, & ad gratiam finalem non esse ex meritis puræ naturæ: quia Pelagius, & Semipelagiani apud Ruiz disp. 5. de prædest. scđt. 4. utramque gratiam, dicebant, dari ex operibus naturalibus. 4. Caput. Locorum dicentium, in electis misericordiam præcedere ad merita: in damnatis vero demerita præcedere ad instum iudicium Dei. Verum, præterquam misericordia summi, potest pro gratia intelligi hæc, possunt de voluntate inefficaci, qua vult merita: quia deinde voluntas inefficax antecedens, qua velit demerita.

43. Nihilominus proba ab authoritate Concilij Valentini, cap. 3. sub Benedicto IIJ. Fidenterque fatemur, prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem: in electione tamen salvandorum misericordiam dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem perisurgum mortis causa malum præcedere iustitiam dei iudicium. Item August. de prædest. cap. 1. 7.

Ellis

*Eligendo ergo, facit divites in Fide, sicut
heredes Regni: recte quippe in eis eligere,
dicitur, quod, ut in eis faciat, eos eligit. Et
lib. i. ad Simplic. & de correpl. & grat.
sæpè. Prosper. ad cap. Gallorum cap. 8,
Qui salvantur, ideo salvi sunt, quia illorum
voluit Deus, salvos fieri: Et qui pereunt:
ideo pereunt, quia perire meruerunt. Tan-
dem ad Rom. i. Quos prædestinavit, hos
et vocavit, et quos vocavit, hos et
iustificavit, quos autem iustificavit, illos
et glorificavit. Ubi prædestinationem
proponit priorem justificatione, & con-
sequenter priorem meritis.*

44. Prob. ratione. Cum Script.
& SS. maximè commendent Dei amo-
rem circa electos, debemus dare illum
affectum, qui recte stat cum nostra præ-
destinatione, & in quem inclinat amor
ardentissimus salutis æternæ. Sed electio
antecedens recte stat cum nostra præ-
destinatione, & in eam inclinat amor ar-
dentissimus Dei erga nostram salutem
æternam: ergo debemus dare hanc elec-
tionem antecedentem. Min. quoad 1.
par. patet ex dictis, & magis ex dicendis:
quoad 2. non minus patet: quia arden-
tissimus amor salutis inclinat ad conse-
quenda prima auxilia, que videtur effi-
ca-

ēacia, & non separanda ab ēternā salute;
quia sunt efficacia, & coniungenda cū
ēterna salute; ut ex dictis sit credibile:
affactus ergo sic dans auxilia, cū, iuxta
omnes Catholicos, antecedat merita, est
electio antecedens:

45 *Confirm.* Deus ex ardenti de-
siderio salutis præbet prædestinatis pri-
ma auxilia, prævidens, coniungenda cum
salute, &c, quia coniungenda cum salute.
Sed hæc voluntas, iuxta omnes Catho-
licos, est antecedens ad merita: & est
volitio efficax gloriae, ut patet: ergo in
prædestinatis volitio efficax gloriae, seu
electio, est antecedens ad merita. Prob.
mai. quoad ultimam partem. Deus ex
ardenti desiderio salutis præbet præde-
stinatis prima auxilia, prævidens, con-
iungenda esse cum salute, quia apta sunt,
ut coniungantur, ut omnes facentur: er-
go præbet illa, quia coniungenda sunt
cum salute. Prob. *conseq.* Qui ex arden-
ti desiderio finis amat medium, habens
duplicem utilitatem ad finem, quia utile
ad finem; potius credendum est, amare
medium, quia utile præcipua utilitate,
quam minus præcipua. Sed, auxilia esse
apta, ut coniungantur, est utilitas minus
præcipua, &c, auxilia esse coniungenda,

et

Et utilitas magis præcipua, & utramque utilitatem habent auxilia collata prædestinatis: ergo Deus , præbens prædestinatis auxilia ; quia utilia præbet auxilia, quia coniungenda cum salute. Mitto alias congruentias:

SECTIO VI.

Solvuntur obiectiones.

46

Argumenta ab authoritate reduci , poterant ad tria capita. 1. Plura loca dicentia salutem præparari; offetri , conferri , ad mendicandum coronam bravium agonis ; vel, ut ait August. cap. 7. de correptione & grat. quia vocati sunt secundum propositum. His tamen respondeatur , vera esse , loquendo de electione consequenti : immo & electionem antecedentem esse etiam obiectivè onerosam, iuxta dicta: 2. In consistit, quod præscientia antecedit prædestinationi. Ad Roman. 8. & 1. Petri 1. & sèpè alibi, & multi PP: apud Aldrete disp. 9, sect. 3, præscientiam anteponunt prædestinationis præcipue August. lib. & ad Simplic. quest. 1. tom. 4. Nemo enim eligitur, nisi iaro distans ab eo , qui rejici-

Ef.

tn.

450 Disp. 8.
sur. *Vnde quod dictum est, quia elegit nos Deus ante constitutionem Mundi, non video, quomodo sit dictum, nisi præscientia.* Verum hæc intelligi, possunt, & debent de præscientia scientia. Mediæ, non de scientia visionis meritorum: quò patet ex August. cap. 18. & 19. de bono perseverante, Deum antequam decernat, scire, quod facturus, & decreturus est: quod de scientia visionis nequit, intelligi, ut patet D. Thom. in illud ad Rom. 8. *Quas præscrit, & prædestinavit alienigena: Non quis prædestinat omnes, quos præscit, sed quia prædestinare, non potest, nisi præsciret.* Quid clarius pro scientia Media? Tandem. Si velis, scientiam visionis ante cedere electionem: verum est de electione consequenti; secus de antecedenti.

47 Ad argum. Bellarmín. lib. 2. de grat. cap. 15. Granados, & Ruiz. disp. 18. sect. 4. iudicant Augustinum Iuvenem initio Episcopatus scripsisse libros ad Simplicianum; postea vero ætate, & sapientia proiectiore mutasse sententiam. Suarez, & alij duplicem disponunt electionem ex mente Augustini; antecedentem, quam Iuvenis vocabat propositum, & coronam, quam vocabat

no.

nomine electionis. Senior tamen in alijs operibus, *antecedentem*, & *consequentem* vocavit nomine electionis. 3. Caput intendit, ex eo, quod electio sit in nostra potestate. Sed de hoc dicimus in argumentis à ratione. Constat tamen, ut ait Junius hic, cap. 5, num. 15. Ex nullo capite constare, posse decretum collatum auxiliij pro perseverantia finali, esse ante, vel post visionem meritorum; et si nos, iuxta nostram conclusionem, teneat, debeamus cum communi, intentivum esse antecedens ad merita, ut talia; executivum esse post visionem meritorum, si forte sint,

48 Obij. Intendendo, non salvari electionem antecedentem cum praesenti providentia; & cum libertate adquirendi gloriam. Suadetur. Iuxta praesentem providentiam, in manu reprobi est, salvari. Sed hoc est falsum, si electio sit antecedens: ergo conclusio opponitur praesenti providentiae. Prob. minor. De facto nullus salvatur; nisi sit antecedenter electus. Sed non est in manu Reprobi, quod sit antecedenter electus: quia neque immediate potest, determinare electionem antecedentem: neque mediately, & indirecte, qui nihil potest,

ponere connexum cum eo, quod Deus illum elegerit antecedenter: ergo nequit, salvari. Deinde neque liber est ad electionem consequentem. Prob. Reprobus non est liber ad electionem singularissimam, & exemplo carentem. Sed salvari cum sola electione consequenti sine electione antecedenti, est providentia; & electio singularissima, & exemplo carentis: ergo non est liber ad consequendam salutem electione consequenti.

49. *Confirm.* Salvari sine electione antecedenti, cum sola electione consequenti, est, vitare presentem providentiam. Sed creatura non habet libertatem, neque iustum est, quod illam habeat, ad vitanda iura divinæ providentiaz: ergo neque ad ita salutem consequandam. *Aliter.* Reprobatis non potest, determinare electionem antecedentem per consensum conditionatum: quia posita scientia consensus conditionati, est Deus omnino indifferens ad electionem: cum per eā constituatur libertas; non per visionem absolutam metiti: quia nequit meritum absolutum, per sui visionem determinare existentiam electionis, quæ nequit, aliter existere,

quam antecedenter ad visionem meritis
& talis est, ut patet, electio antecedens
absolutam visionem meriti: ergo nullo
modo potest, determinare electionem
antecedentem. Sed nullus potest, salva-
ri sine electione antecedenti: ergo re-
probus non potest salvari.

50 Ribadeneir. disp. 13. cap. 2.
Herreri quest. 13. num. 51. respondent:
Reprobum non habere potestatem ad
adquirendam electionem anteceden-
tem; habere tamen potestatem ad ad-
quirendam electionem consequentem;
& ad impediendam praesentem provi-
dentiam de eo, quod nullus salvetur, nisi
antecedenter electus. Ratio est: Quia
reprobus potest, finaliter bene operari;
Sed huic promisit Deus, dare gloriam:
ergo, bene operanti finaliter, gloriam
dabit: non per electionem antecedeni-
tem: quia haec non datur; nec est in ma-
nu Reprobi: ergo per consequentem.
Haec solutio in primis supponit, Repro-
bum non posse salvati, si Deus haberet
decreta omnino antecedens; nullum
eligendi pure consequenter. Deinde Deus,
per te, habet duas leges; aliam nullum
salvandi, nisi antecedenter electum; aliam:
salvandi omnes decadentes in gratia: sicut

ergo creatura non potest impedire secundam legem : ita melius erit dicere, neque posse, impedire priam; ne creature impedit fixas leges, & universales providentia. Verum dici poterit, quod per decessum in gratia potest determinare electionem antecedentem indirecte: quia ponet antecedens, ex quo infertur, Deum liberè habuisse electionem antecedentem. *Ad ultimum.* Verum est, quod Reprobis non determinat electio- nem antecedentem per consensum con- ditionatum : falsum tamen, quod non determinat per consensum, & meritum absoium indirecte: propter immedia- te dicta. Et similiter falsa est probatio: quia consensus absolutus determinat scientiam Medium, ut sapè diximus tract. de scient. quæ scientia non aliter potest, existere, quam subiectivè ante- cedenter ad consensum absoium. Hinc patet, quod, si aliunde non repugnaret reprobatio antecedens, ex capite aufe- rendi libertatem, ad acquirendam glo- riā, non repugnaret.

51 Obij. 2. Deus, ex se, prior est ad misericordiam, quam ad iusti- tiam: ergo, si ex se, & ante mérita ho- mines elegisset, plures essent Electi, quā-

Re-

Reprobis quia vel paucos, vel nullos, ex se, præteriisset: quia ardenter vult antecedenter omnium salutem. 2. Deus nullum deserit; nisi prius deseratur. Sed, si Deus omnes salvandos antecedenter eligeret, & nullus esset salvandus, nisi antecedenter electus, Deus ostium clauderet gloriae, & desereret non electos prius, quam deseratur: ergo. 3. Quia Deum, ex se, velle, omnes homines salvos fieri, est, Deum nihil omittere ex his, quæ ad suam determinationem pertinent in ordine ad gloriam ante prævia demerita. Sed hoc est falsum in nostris principijs: quia omittit electionem antecedentem, quæ ad solam suam determinationem pertinet: ergo. 4. Non potest Deus, dici, ex se, & antecedenter velle id, quod, ex se, & antecedenter verè non vult. Sed, si Reprobos antecedenter deserat, ex se, & antecedenter non vult, eos salvari: ergo. 5. Voluntas illa generalis est conditionata, salvandi omnes, si decedant in gratia; secus damnandi. Sed cum hac non componitur electio antecedens: quia stultum est, comminare damnationem sub conditione, quando ipsam conditionem excludit, eligendo, scilicet, ad gloriam.

52. Item. Nemo decernit aliquis
sub conditione, nisi pro tunc suspensus
sit de purificatione conditionis: quo-
modò ergo vult Deus, quod homines,
si decadant in gratia, salventur, quan-
do vult absolute, quod decadant in gra-
tia, & salventur? 6. Si statuisses, dare:
Petro equum: & hoc non statuisses de-
Paulo, & simul statuisses, nulli dare, nifi
cui, pro tunc statuisses, dare: si postea
promitteres tertiique sub conditione,
quod tibi obsequantur, ut sic eos alli-
cas, ad obsequendum, forte alices
Paulum, & non tam promitteres, quam
illudores: hoc ergo accidit, dum antec-
cedenter eligit Deus Petrum, & non Pau-
lum. Ex quo etiam sequitur, quod fictè
comminaretur conditionate Petrum de-
negatione equi. 7. Quia ex hoc se-
quitur, quod in articulo mortis Deus de in-
dustria quereret, & daret auxilia ineffi-
cacia his, quos non elegit antecedenter,
die frustrarentur eius decreta: sicut de
industria dat propter similem rationem
auxilia efficacia Electis. 8. Quia hac
electio acediam, & torporem generat, &
extinguit solicitudinem in bonis operi-
bus: quia facere, potest quivis illud so-
lemne: *Vel sum antecedenter electus, vel*
non?

~~non~~? Si sum; impossibile est, me non salvare, vel saltèm certè salvabor; si non sum; certè non salvabor: ut quid ergo fatigor, & laboro?

5.3 Recte notat Izq. h̄c, num. 32.,
haec esse fere eadem argumenta, quæ Pelagiani, & Semipelagiani obijciebant. Augustino contra electionem, independentem ab operibus naturæ. Et hæc fieri, etiam possunt contra electionem ad gratiam, quæ, iuxta omnes Catholicos, est antecedenter ad merita. Neque Deus se alligavit, ut gratiam efficacem posteriorem decernat ob bonum opus prioris: alias, qui tunc inciperent, essent confirmati in gratia: & qui inciperent, peccare, essent incorregibiles, ut notat Arriaga disp. 35. num. 94. Item fieri contra electionem ad gratiam finalēm, quamvis electio esset existens. Item, cur non dedit omnibus Angelis gratiam efficacem, siquidem eam dedit independenter à meritis? Cur hominibus primū peccatum permittit? Quæ omnia solvit Matth. 20. *Amice non facio tibi iniuriam, aut non licet mihi, quod volo facere?* Quia omnes sumus apud Deum, ut lutum, in manu figuli: pertinent ergo hæc omnia ad arcanam Dei providentiam:

tiam: solumque nobis licet discurrere ex
notis ad ignota: ex amore , qui certe
constat , ex eius adventu , passione , &
sacramento discurrere circa id , quod
constare , non potest , existimantes nos
in his quasi rudes: qui sophismate quoad
ipsos insolubili hortantur; sed non con-
vincuntur , quia contra evidenter sen-
sum , & experientiam.

54. Certum est , nos habere liber-
tatem ad bene operandum , Deum ar-
denter optare nostram salutem , & eam
dare bene operanti: & Deum non des-
tere, nisi prius deseratur : ultra haec , ni-
hil oportet scrutari. Deus uni permit-
tit , & suffert plura peccata ; & cum sal-
vat alterum post primum peccatum
coadmnat. Quid est hoc? Secretum
Dei. Forte Deus sciebat , committentem
unum peccatum , commissurum plurima , si
habuisset auxilia aequalia primo ; &c. è
contra. Ex qua visione conditionata,
non tamquam ex merito , aut demerito;
sed tamquam ex allicienti , aut retrahen-
ti ; sic res decernit , ut uni pauca , aliij
plura peccata remittat. Sicut simile ac-
cidit in humanis. Dominus , qui similia
cognosceret in servis , ali remitteret
plura , ali pauciora remitteret. Hæc non
affi-

affero; sed alijs iudicanda relinquo.

55 Ante solutionem præmissi di-
cta, ut instantiæ cuique pateant. *Ad 1.*
Dist. ant. Deus pronior est ad miseri-
cordiam, quam ad iustitiam, & ad bo-
num nostrum, quam ad malum, & quam
ad permittendum malum morale, ex
necessitate naturæ, nego ant. quia ad
nihil est necessitatus, &, ut omnium
Dominus, ad omne est æquè indifferens,
ac potens; ex eius benignitate, & libera
volitione, conc. antec. quia vult, et si
inefficaciter nostrum bonum; at &
habet similem nolitionem de nostro
malo moraliter: & hæc volitio in actu
secundo allicit ad bonum, & retrahit à
malo: maiora præmia promittit, quam
supicia minatur: & nego conseq. *Ad 2.*
Deus nullum deserit quoad gratiam iu-
stificantem auferendam, nisi priùs dese-
ratur: & quoad gratiam sufficientem, si
fortè aliquando deneget excæcando,
nullum deserit, & nulli eam negat, nisi
priùs deseratur: in alio sensu non tenet
illud axioma. *Ad 3.* Deum ardenter de-
siderare eius salutem, solum est, dare
omnibus auxilia sufficientia, & ex inten-
tione salutis: falsum tamen, quod in-
tenditur: ut patet in permissione pri-
peccati.

Ad

56. Ad 4. Deus non reprobat positivè antecedenter damnatos, neque habet positivam *volitionem* salutis: quāvis non habeat positivam *volitionem* absolutam: ideoque verum est, quod non vult absolutè salutem, id est, non habet *volitionem* absolutam: cum hoc tamen componitur, habere *volitionem* conditionatam. Ad 5. Izq. hic, num. 34. dicit, *volitionem* conditionatam esse anteriorem ad *volitionem* absolutam: & idem de promissione, & comminatione conditionata: & rectè componitur *volatio* conditionata pro priori cum absoluta pro posteriori. Verius credo, hanc electionem absolutam esse solum negativè posteriorem promissione, & *volitione* conditionata: quia non est, cur alius sit posterior: cum tamen pro illo signo, pro quo detur promissio, & *volatio* conditionata, non videatur purificata conditio, non est, cur sit imprudens. Imò; etsi in eodem signo detur antecedens connexum cum purificatione conditionis, non dico, videatur purificanda, sed detur decretum connexum cum purificatione respectu aliquorum, non est imprudens: quia promissio est universalis respectu omnium, & purificatio;

ratio est solum respectu aliquorum. Et
idem dico de comminatione.

57 **Ad 6.** Cùm homo non habeat scientiam Mediam de obsequijs
quæstandis à Petro, & non à Paulo; no-
 que habeat decretum, dandi equum, de-
 pendenter ab obsequijs sic prævisis, sicut
 promitteret, & sicut comminaret; secus
 tamen si eam haberet, sicut habet Deus.

Ad 7. Aliqui horrent, Deum ex indu-
 stria dare auxilia inefficacia. Constat
 tamen ad Roman. 9. *cuius vult miseren-*
tur, & quem vult indurat: Quod sigulus
 ex industria aliqua vasa facit in hono-
 rem, & alia in contumeliam: quòd Deus
 possit, efficaciter velle, habere decre-
 tum collativum auxilij inefficacis: imò
 quamvis inefficacis, & iuxta plures, apud
 Iunio sect. 10. cap. 4. num. 7. *quia ineffica-*
cis. Et, quòd ex industria facere, est
 scienter, & volenter, & sine ignorantia,
 & quòd sic facere, non est fortius ne-
 que casualiter facere. Item, quòd qui-
 vis ex industria vendit rem vitiosam (cu-
 jus vitium non tenetur, aperire) quando
 vitium conscient, nem vident, et si non
 amet vitium. Dico eum Iunio, sect. 14.
 cap. 13. nu. 12. Deum de industria con-
 ferre auxilium inefficax: sumpto de iu-
 dicio

distrīa pro scienter, & volenter confer-
re. Secus in sensu minūs decenti Benig-
nitatem Dei. Ad 8. patet ex his, qua-
nte solutionem præmissimus. Quia
certum est, nos habere libertatem ad
bene operandum, & quod, si bene ope-
remur, consequemur salutem; secus, si
malè operemur. Quod vulgariter expli-
cari, solet exemplo seminantis: si quissi-
militer argueret seminantem, dicens,
ut quid fatigaris, arando, & seminando;
quia vel Deus decrevit dare fructus, vel
non? Si decrevit, vtique habebis fructus,
si non decrevit, non capies fructus: ut
quid ergo seminas? Rusticus iure, & sanè
respondebit, se arare, & seminare: quia
Deus, in præsenti providentia, non ali-
ter dabit fructus, nisi arando, & semi-
nando.

§ 8 Dices. Per nos, Deus ante-
 cedenter vult, salvare salvandos, & con-
 sequenter vult, non salvare alios, præter
 antecedenter electos. Sed hoc est, po-
 sitivè reprobare alios: ergo ex antece-
 denti electione salvandorum sequitur
 positiva reprobatio reliquorum, quam
 negamus. Resp. Dist. maior. quoad z.
 par. Antecedenter vult, non salvare alios
 præter antecedenter electos, & vult, hots
 so.

solos esse antecedenter electos, nego
mai. & hoc non vult, conc. mai. & nego
min. Itaque. Non potest Deus, velle,
non salvare alios, præter hos, quos an-
tecedenter elegit ante absolutam visio-
nem peccati : quia Deus vellet pecca-
tum, si prædefiniret poenitentiam ante
absolutam visionem peccati, ut diximus
disp. 8. de Incarnat. sect. 2. Qua eadem
ratione nequit, reprobare posse ante
absolutam visionem peccati. Aliter pro-
ponitur argumentum sic : Voluntas fal-
vandi omnes, qui salvandi sunt, est vo-
luntas non salvandi alios. Sed electio
antedens est voluntas salvandi omnes,
& solos, qui salvandi sunt : ergo est vo-
luntas non salvandi alios, & conse-
quenter est antecedens reprobatio alio-
rum.

59 Resp. Dist. mai. Voluntas
salvandi omnes, qui salvandi sunt, est
voluntas non salvandi alios: si intrinsecè
id habeat volitio, quod illi sine omnes,
qui salvandi sunt, conc. mai. si extrinsecè
id habeat, nego mai. quia, si ita est, per-
mittit, alios salvare. Et dist. similiter
mihi. nego conseq. Ad modum, quo, si
in medio templi, ubi videri possint, sint
quatuor homines, & non sint aliji in tem-
plo;

plo; hos videns, dicitur, videré omnes homines, qui sunt in templo, ut diximus disp. 2. de visione, fact. 6. loquendo de comprehensione; sed per accidens: quia per accidens est respectus huius visionis, quod aliquis lateat, ubi videri non potest, & tunc visio quatuor notarum est visio omnium. Idem accidit in nostro casu: electioni eligenti centum, v. gr. per accidentem est, quod determinat electio aliorum: dum haec non datur, illa electio est electio omnium; sed ipsa non habet, ex se, nec intrinsecè, esse electionem omnium; neque ostendit, esse electionem omnium: ideoque nec connectitur cum eo, quod nullus aliis eligatur.

60 Dices. Architectus eligens lapides ad structuram Civitatis, dum hos elit, & non alios, censetur, positivè reprobare reliquos: ergo Deus eligens hos lapides vivos ad illam Civitatem Sanctam, & non eligens alios, censetur, illos positivè reprobare. Resp. Distinxit. Censetur, positivè reprobare reliquos physicè, nego. ant. moraliter, & virtualiter in ordine ad aliquam munera, conc. ant. Et distinxit. Censetur, eos reprobare physicè, nego. conseq. eos reprobare moraliter, subdist. in ordine ad

af-

Natura munera, conc. conseq. in ordine ad volendum, & caramandum peccatum, quod vallet, & amaret positivare reprobatio, nego & conseq. Adde, esse magnam disparitatem: quia lapides mortal non habent libertatem ad faciendum, quod non electi eligantur, sicut eam habent lapides vivi.

6. In hoc Insistes ex Aranda. Hic syllogismus est rectus: *Omnis non praedestinatus est positivè reprobatus. Iudas non est praedestinatus: ergo est positivè reprobatus.* Nunc sic. Quando veritas premissarum antecedit ad aliquid tertium, etiam antecedit illud veritas conclusionis. Sed veritas præmissarum antecedit ad merita, & demerita: ergo reprobatus positivè, quæ est veritas conclusionis, ex antecedit. 2. Positiva necessitas habendi decreta reprobativum est positiva reprobatio: sicut positiva necessitas habendi decretum executivum gloriae est positiva electio. Sed decretum non salvandi, nisi antecedenter, electos, & carentia electionis antecedentis, seu visio talis carentiae: seu decretum non dandi electionem antecedentem respectu Iudei, est necessitas habendi decretum reprobativum, & hæc dantur ante merita, &

demerita: ergo & datur sic positiva rei probatio. 3. Gloria D. Petri est connexa cum poenis Iudæ, ut potest filius illarum: ergo electio antecedens ad gloriam Div. Petri est positiva reprobatio antecedens Iudæ.

62 Ad 1. Dist. mai. syllogismis: Omnis non prædestinatus, tamen antecedenter, quam consequenter, est positivè reprobus, conc. mai. præcisè antecedenter non prædestinatus, subdist. est positivè reprobus ex vi præcisè non prædestinationis antecedentis, nego; ex vi non prædestinationis consequentis, quæ non prædestinationis est extrinseca non prædestinationi antecedenti, conc. mai. &c. distincta min. nego conseq. Itaque necessarium est, quod omnis non prædestinatus, neque antecedenter, neque consequenter, sit positivè reprobus; tamen non ex eo, quod non sit antecedenter prædestinatus est positivè reprobus: quia permittit, esse consequenter electum. Iam ex se, & intrinsecè rectè componitur, necesse antecedenter, neque consequenter electum, & non esse reprobum: ut suht existentes in Limbo. Unde positivè reprobus non consistit in non electione utcumque; sed solùm in non elec-

ctione.

Quone positiva, quæ est nolitio salutis
ob demerita: & quam, dicimus, repug-
nare; quia determinaret, ad amandum
peccatum, & eligendū auxiliū, *quia*
inefficax., & quia utile ad damnatio-
nem.

Ad 2. Dist. mai. Positiva ne-
cessitas habendi decretum reprobati-
vum est moraliter positiva reprobatio;
hoc est, in ordine ad inferendum, seu
virtualiter, conc. mai. est formaliter po-
sitiva reprobatio, nego mai, & concess.
min. dist. conseq. eodem modo. Nos
enī non negamus, antecedenter re-
probūm moraliter, & virtualiter talem;
in ordine ad inferendum, seu in ordine
ad aliqua munera; sed solum virtualiter
reprobūm, in ordine ad habēdam dñi
nationem ob demerita, quæ consequen-
ter sit amor peccati: sicut non negamus,
dari ante visionem peccati decretum
connexum cum peccato; etiam decre-
tum collativum auxiliū, et si sit inefficax;
quod, in ordine ad inferendum pecca-
tum, est virtualiter prædefinitio poenit-
tentia, ut diximus disp. 4. de libro art.
sect. 3. & hic disp. 3. à sect. 1. & tamen
diximus disp. 8. de Incārn. impossibis
est esse prædefinitionem poenitentie an-

te absolutè prævisum peccatum : quia determinaret ad amandum peccatum, & volendum auxilium, *quia inefficax*. *Ad 3.* dist. ant. Gloria, ad quam est antecedenter electus D. Petrus est connexa cum pœnis Iudæ, nego ant. quia, ut diximus initio quæstionis, Deus non potest, antecedenter eligere ad glotiam, quæ sit visio pœnitentiæ: alijs veller peccatum : unde similiter veller peccatum, si antecedenter eligeret ad visionem pœnarum propter peccatum. Hac ratione nequit, antecedenter eligere ad gloriam propter martyrium, si ad hoc sit necessarium peccatum.

Obij. 3. Posita non electione antecedenti Petri: & posito decreto, non salvandi, nisi antecedenter electos: si veller seriò salutem Petri, veller necessariò, deficere dictum decretum, vel salutem si habuisset decretum non eligendi antecedenter Petrum: velle seriò salutem Petri, esset, velle seriò, quod desiceret hoc decretum disiunctivè: quia esset, velle existere aliquid, scilicet, salutem, connexum cum carentia huius decreti, vel decreti, non salvandi, nisi antecedenter electos. Et sic argui, potest alijs formis positis disp. 8. de Incaract. lect.

Lect. 5. & 6. agentes de prædefinitione Christi, ut Redemptoris, ante prævisum peccatum. Resp. Verum esse, quod Deus vellet seriò disjunctivè carentiam decreti: verum in hoc quid absurdum? Etiam vult seriò carentiam decreti damnativi Iudei; siquidem seriò vult eius salutem.

65 Obij. 4. Qui intendit aliquem finem, prius intendit media aptiora ad illam finem, quam minus apta. Sed in omnibus operibus Deus intendit finem suæ gloriae, & Dei honorem, & gloriam; ad quæ aptiora sunt nostra merita, quam nostra gloria: ergo prius intendit nostra merita, quam nostram gloriam, & consequenter electio non est antecedenter ad visionem meritorum. Resp. negando maius litigium voluntariam. Deinde. Dumbium est; an magis conducane ad Dei gloria nostra merita, quam nostra glorificatio. Imo, cum iuxta communia axioma, primum in intentione sit ultimum in executione, cum gloria sit ultimum in executione, erit primum in intentione. Verum in his axiomatibus parvum fidendum: quia, cum frequenter habent aliquem sensum verum, universaliter sumpta frequenter sunt falsa. Mitto alias congruentias, ex dictis facile solu-

distrīa pro scienter, & volenter conferāre. Secus in sensu minūs decenti Benignitatem Dei. *Ad 8.* patet ex his, quā ante solutionem p̄missimus. Quia certum est, nos habere libertatem ad benē operandū, & quōd, si benē operemur, consequemur salutem; secus, si malē operemur. Quod vulgariter explicari, solet exemplo seminantis: si quisi, militer argueret seminantem, dicens, ut quid fatigaris, arando, & seminando; quia vel Deus decrevit dare fructus, vel non? Si decrevit, vtique habebis fructus, si non decrevit, non capies fructus: ut quid ergo seminas? Rusticus iure, & sanè respondebit, se arare, & seminare: quia Deus, in præsentī providentia, non aliter dabit fructus, nisi arando, & seminando.

§ 8 Dices. Per nos, Deus antecedenter vult, salvare salvandos, & consequenter vult, non salvare alios, præter antecedenter electos. Sed hoc est, positivè reprobare alios: ergo ex antecedenter electione salvandorum sequitur positiva reprobatio reliquorum, quam negamus. Resp. Dist. maior. quoad 2. par. Antecedenter vult, non salvare alios præter antecedenter electos, & vult, h̄c
so.

solos esse antecedenter electos, nego mai. & hoc non vult, conc. mai. & nego triu. Itaque. Non potest Deus, velle, non salvare alios, præter hos, quos antecedenter elegit ante absolutam visionem peccati: quia Deus vellet peccatum, si prædefiniret poenitentiam ante absolutam visionem peccati, ut diximus disp. 8. de Incarnat. sect. 2. Qua eadem ratione nequit, reprobare posuisse ante absolutam visionem peccati. Aliter proponitur argumentum sic: Voluntas salvandi omnes, qui salvandi sunt, est voluntas non salvandi alios. Sed electio antecedens est voluntas salvandi omnes, & solos, qui salvandi sunt: ergo est voluntas non salvandi alios, & consequenter est antecedens reprobatio aliorum.

59 Resp. Dist. mai. Voluntas salvandi omnes, qui salvandi sunt, est voluntas non salvandi alios: si intrinsecè habeat volitio, quod illi sint omnes, qui salvandi sunt, conc. mai. si extrinsecè id habeat, nego mai. quia, si ita est, permittit, alios salvare. Et dist. similiter triu. nego conseq. Ad modum, quo, si in medio templi, ubi videri possint, sint quatuor homines, & non sint aliji in templo;

plo; hos videns, dicitur, *videre omnes homines*, qui sunt in templo, ut diximus disp. 2. de visione, fact. 6. loquendo de comprehensione; sed per accidens: quia per accidens est respectus huius visionis; quod aliquis lateat, ubi videri non potest, & tunc visio quatuor non est visio omnium. Idem accedit in nostro casu: electioni eligenti centum, v. gr. per accidentem est, quod datur electio aliorum: dum haec non datur, illa electio est electio omnium; sed ipsa non habet, ex se, nec intrinsecè, esse electionem omnium; neque ostendit, esse electionem omnium: ideoque nec connectitur cum eo, quod nullus aliis eligatur.

60 Dices. Architectus eligens lapides ad structuram Civitatis, dum hos eligit, & non alios, censetur, positivè reprobare reliquos: ergo Deus eligens hos lapides vivos ad illam Civitatem Sanctam, & non eligens alios, censetur, illos positivè reprobare. Resp. Distinxant. Censetur, positivè reprobare reliquos physicè, nego. ant. moraliter, & virtualiter in ordine ad aliquas munera, conc. ant. Et distinxonq. Censetur, eos reprobare physicè, nego. conseq. eos reprobare moraliter; subdist. in ordine ad

aliqua iniuria, conc. conseq. in ordine ad volendum, & amandum, peccatum, quod vellet, & amaret positiva reprobatio, nego & conseq. Addit. esse magnam disparitatem: quia lapides mortal non habent libertatem ad faciendum, quod non electi eligatur; sicut etiam habent lapides vivi.

Si ergo insistes ex Aranda. Hic syllogismus est rectus: *Omnis non predestinatus est positivè reprobatus. Iudas non est predestinatus: ergo est positivè reprobatus.* Nunc sic. Quando veritas premistarum antecedit ad aliquid tertium, etiam antecedit illud veritas conclusionis. Sed veritas premistarum antecedit ad meritum & demeritum: ergo reprobatus positivè, quæ est veritas conclusionis; ea antecedit. 2. Positiva necessitas habendi decreta reprobativum est positiva reprobatio: sicut positiva necessitas habendi decretum executivum gloria est positiva electionis. Sed decretum non satis vandi nisi antecedenter, electas, & carentia electionis antecedenter, seu visus talis carentia: seu decretum non dauid electionem antecedenter respectu. Iudei est necessitas habendi decretum reprobativum, & hoc dicitur antemerita, &

Gg deme-

demerita: ergo & datur sic positiva reprobatio. 3. Gloria D. Petri est conexa cum poenis Iudez, ut potest illus illuminare: ergo electio antecedens ad gloriam Div. Petri est positiva reprobatio antecedens Iudez.

62 Ad 1. Dist. mai. syllogismis: Omnis non prædestinatus, tam antecedenter, quam consequenter, est positivè reprobus, conc. mai. præcisè antecedenter non prædestinatus, subdist. est positivè reprobus ex vi præcisè non prædestinationis antecedentis, nego; ex vi non prædestinationis consequentis, quia non prædestinationis est extrinseca non prædestinationi antecedenti, conc. mai. & distincta min. nego conseq. Itaque necessarium est, quod omnis non prædestinatus, neque antecedenter, neque consequenter, sit positivè reprobus; tamen non ex eo, quod non sit antecedenter prædestinatus est positivè reprobas: quia permittit, esse consequenter electum. Ita ex se, & intrinsecè recte componitur, nec esse antecedenter, neque consequenter electum, & non esse reprobum ut suht existentes in Limbo. Unde positivè reprobas non consistit in non electione utcumque; sed solam in non elec-

ctione.

tione positiva, quæ est nolitus salutis ob demerita: & quam, dicimus, repugnare; quia determinaret, ad amandum peccatum, & eligendum auxilium, *quia inefficax.*, & quia utile ad damnationem.

¶ 63. Ad 2. Dist. mai. Positiva necessitas habendi decretum reprobatum est moraliter positiva reprobatio; hoc est, in ordine ad inferendum, seu virtualiter, conc. mai. est formaliter positiva reprobatio, nego mai, & concessio min. dist. conseq. eodem modo. Nos enim non negamus, antecedenter reprobum moraliter, & virtualiter talem, in ordine ad inferendum, seu in ordine ad aliqua munera; sed solum virtualiter reprobum, in ordine ad habendam damnationem ob demerita, quæ consequenter sit amor peccati: sicut non negamus, dari ante visionem peccati decretum connexum cum peccato, etiam decretum collativum auxillij, et si sit inefficax; quod, in ordine ad inferendum peccatum, est virtualiter praedefinitio poenitentiae, ut diximus disp. 4. de libro arb. sect. 3. & hic disp. 3. à sect. 1. Et tamen diximus disp. 8. de Incarn. impossibilem esse predefinitionem poenitentie an-

te ab solutè prævium, peccatum : quæ
determinaret ad amandum peccatum, &
volendum auxilium, quia inefficax. Ad 3.
dist. ant. Gloria, ad quam est antece-
denter electus D. Petrus est concensus
cum pœnis Iudæ, nego ant. quia, ut di-
ximus initio quæstionis, Deus non po-
test, antecedenter eligere ad gloriæ, quæ
sit visio pœnitentia: alias veller pec-
catum: unde similiiter vellot peccatum,
si antecedenter eligeret ad visionem
pœnitarum propter peccatum. Hæc ra-
tione nequit, antecedenter eligere ad
gloriam propter martyrium, si ad hoc
sit necessarium peccatum.

Obij. 3. Posta nostra electione
antecedenti Petri: & posito decreto, nō
salvandi, nisi antecedenter electos: si
vellot seriò salutem Petri, veller necef-
sariò, deficere dictum decretum, & nō fal-
tem: si habuisset decretum nos eligendi
antecedenter Petrum: velle seriò salu-
tem Petri; esset, velle seriò, quod defi-
ceret hoc decretum disjunctivè: quia
esset, velle existere aliquid, scilicet, salu-
tem, connexum cum carentia huius de-
creti, vel decreti, non salvandi, nisi an-
tecedenter electos. Et sic argui, possit
alijs formis positis disp. 8. declinare
lect.

Iec. 5. & 6. agentes de prædefinitione Christi, ut Redemptoris, ante prævisum peccatum. Resp. Verum esse, quod Deus vellet seriò disiunctivè carentiam deicreti: verum in hoc quid absurdum? Etiam vult seriò carentiam decreti damnativi Iudæ; siquidem seriò vult eius salutem.

Obij. 4. Qui intendit aliquem finem, prius intendit media aptiora ad illam finem, quam minus apta. Sed in omnibus operibus Deus intendit finem suæ gloriae, & Dei honorem, & gloriam; ad quæ aptiora sunt nostra merita, quam nostra gloria: ergo prius intendit nostra merita, quam nostram gloriam, & consequenter electio non est antecedenter ad visionem meritorum. Resp. negando maiori litigio voluntariam. Deinde. Dùblum est; an magis conducant ad Dei gloriam nostra merita, quam nostra glorificatio. Imo, cum iuxta communia axioma, primum in intentione sit ultimum in executione, cum gloria sit ultimum in executione, erit primum in intentione. Verum in his axiomatibus paratim fidendum: quia, cum frequenter habeant aliquem sensum verum, universaliter sumpta frequenter sunt falsa. Mirto alias congruentias, ex dictis facile solu-

biles. Vide apud Aranda, si velis, disp. 42, 2 num. 155. Unum scito, Adamus esse predestinatum post prævisum eius peccatum: quia predestinatus est ex meritis Christi Hominis, ut diximus disp. 6, de Incarn. sect. 3, non vero ante visionem nostri peccati originalis absolute contracti. Quia vero ibi diximus sect. 5, quod Christus antecedenter est decretus vagè in natura humana, vel Angelicam iuxta hanc modum etiam Adamus eligi, potuit ante visionem sui peccati.

66. Obij. 5. pro sententia Izquierdo, scilicet Deum prius decreuisse numerum electorum, non determinando hos, præ-illis, & determinationem sufficere post prævisionem meritorum. Electio hominum fuit post lapsum Angelorum: quia Deus destinavit certum numerum hominum, ut implerent mensuram Angelorum ex Bernardo serm. 78. in Cantic. intendens autem finem, prius eligere, solet, medium propinquius. 4, Caudente uno homine, alijs pro eo subrogatur ex Apocalyp. 3. Tene quod habes, ne aliis accipias coronam tuam. Ad quæ August, cap. 23. de correpl. Si enim aliis non est acceperurus, nisi ille perdidere certus est numerus: ergo prius designavit Deus

Deus numerum salvandorum, & postea hos, præillis, destinavit post visionem meritorum. Quod confirmat D. Thom. 2. part. quæst. 2 3. art. 6. ad 1. Non permittit Deus, aliquos cadere, quin alios erigat. Quod idem sentiunt Gregorius Magn. Beda, & alij.

67. Verum, cum Izquierd. disp: 36. num. 82, censcat, electionem medijs remoti posse, esse ante electionem medijs proximi pro eligentis arbitrio; cur Deus, deliberatione non indigens, idest, tempore, ad prudenter decernendum, non simul finem, & media poterit determinare; & eligere, & determinare, ut velit: iam prius propinquiora, quam remotiora; iam prius remotiora, quam propinquiora? Nec verum est, pro quolibet candidente aliuns subrogari ad gloriam: alias tot essent prædestinati, quam reprobati, quia tot essent subrogati ad gloriam, quam qui ceciderant. 2. Quia prius consideretur negotium reprobationis, quam electionis. Et electio cuiusque non solum esset post eius bona opera, sed post malum alterius. Deinde, eti homines electi essent, ad reparandas Angelorum sedes, ut cum multis docet Ruiz. disp: 52. de prædestinacione numeri. 2. inde solum sequi-

tur, homines salvandos; non esse pauci
ciores Angelis lapsi; non vero, non esse
plures. Imo, iuxta Augustinum, & D. Thomam,
apud Ruiz, disp. 52. à num. 8. quæcumque pri-
mo electi sunt homines, quam Angelii:
ex eo enim, quod in execratione prius
fuerit peccatum Angelorum, quam peccatum
Adami, non sequitur, ita accidisse
ordine intentionis, & permissionis.
Imo, iuxta nostram sententiam de me-
ritis in intentione, disp. 5. de merito, hec
facilius componi possunt. Illud ergo
Apocalypsin intelligendum est, ut unus pro
alio subrogetur in Regnum, Apostolorum,
Episcopatum, Martyrismum, non in gloriam;
ut volunt plures apostoli Aldrete disp. 8.
sect. 2. à num. 8. & similiter intelligi, pos-
test de fato. Si autem velis, quod Apoc-
alyp. & D. Thom. intelligantur de sub-
rogatione ad gloriam, id est intelligi de
subrogatione ad gloriam in execratione,
non de subrogatione in intentione propria
dicta; quia intentione aquæ primæ elec-
ti sunt homines ad gloriam; quam Angelii.
Aliter explicat hanc subrogationem
nem unius pro alio. D. Thom. i. parti
quest. 3. art. 6. ad. i. substituimus auctoribus
sticuum gratia, etiam quantum ad hoc, corrob-
uit cadetis decipit, quod de bonis, quæcumque
fecis, in eterna vita gaudebit. DIS-

DISPUTATIO IX.

AN EX CATHOLICIS ADULTIS,

plures sint, qui salventur, quam

qui damnantur?

REM ARDUAM, SI NON IMPOSS

sibilem, aggredimut; sed, quia ab alijs

tractatur, dicam quod

occurrit.

SECTIO I.

Proponuntur rationes pro maiori numero

Catholicorum reprob-

rum.

Sup. Hanc esse ex quæstio-
nibus, quæ, non facile, fir-
miter affirmari, nec ne-
gari, posunt sine Dei re-
velatione. Ideo aliqui rem censemus in-
certam. Ita Vazquez disp. 10. cap. p.
Penotus lib. 6. cap. 3. Herize disp. 31.
Munies. disp. 16. sect. 4. & alij cum D.
Thom. ix præsenti art. 7. Sed melius di-
citur, quod soli Deus est cognitus numerus
electorum in superna felicitate locandis.

Quia

*Quia Roman. i i . Incomprehensibilia sunt
indicia eius ; et investigabiles non eius.
Ideo inclinaba, ut resolutionem omitt-
eret, ut dicit Avendano Problem. i 5 .
positis uniusque rationibus.*

2 Multi AA apud Ruiz disp. 5 4.
Caiet. Carthus. Lira, Maldonado in 22.
Martini. & communiter Exposit. in hunc
locum, Molina hic, quæst. 23. art. 7. Fran-
ciscus Lucas in Matth. 20. Franciscus
Lugo disp. 45. cap. 20. Easol. quæst. 23.
art. 7. apud quem Alvarez lustinian. in
Iacob. 2. militans fætentiam, quam do-
cuerat. Cornelius in eundem, in eam pro-
ponet, dicens; sic assertam audivisse à
pluribus Roriz. Balanco disp. 3. capit.
16. Izquierd. disp. 44. Junio sect. 18.
cap. 4. absolutè dicunt, plures Catholi-
cos adiutorios damnari, quā salvati, quā
conclusionem, dicunt, esse minus piam;
sed magis salutarem veram, & probabi-
lem. Et Caetan. apud Suarez infrà nu.
5. dicit etiam extris Catholicis, qui me-
diocriter vivunt, dimidiam partem
damnari, quod, iure dicit Suarez, esse
tardè nigrorum. Et qib. 1. 10.
3. Conclusionem probant. 1. ex
SS. PP. Origenes in 22. Matth. tract. 10.
Si quis considereret multitudinem hominum,
qui

qui in Ecclesijs congregantur; & discusserit, quanti sunt, qui conversantur disciplinare... videvit, quod verus est sermo Domini: multi sunt vocati; pauci vero electi. Chrysostom. ad Popul. Anthioc. Quot esse, putatis, in Civitate, qui salvi siant? In festum quidem est, quod dicturus sum; dicam tamen. Non possunt in tot millibus centu inueniri, qui salvetur: quin, & de his dubito. & homil. 3. in 1. Act. Non dubito, inter Sacerdotes multos esse, qui salvi siant; sed multo plures, qui pereant. Augustinus contra Cresconium, cap. 66. Idem ipsi boni, verique Christiani, qui per se ipsos mulei sunt; in comparatione malorum, falisorumque itidem pauci sunt. Similia habet serm. 32. de verbis Domini. Gregor. Magn. homil. 19. in Evangel. Terribile est valde, quod ad fidem plures veniunt, & ad Cœlestis Regnum pauci perducuntur. Idem dicunt Ciprianus, Nazianz. Hieronymus. Anselm. Bernard. apud Ruiz, disp. 54. sect. 2. 3. & 4. insistendo in verbis Christi: Multi sunt vocati; ea enim protulit non de infidelibus, qui vocati non venerunt; sed de his, qui convivium admiserunt, id est, congregati in Ecclesia; sed sua culpa ad cœnam non venerunt, ubi significantur fideles.

Prob.

¶ Proibit ex figuris Veteris Testam-
entis. In libro suo octo tantum salva-
tisont. Quid D. Petrus i. cap. 14. refert
ad significationem Baptismi. &c. August,
lib. 9. contra Donatistas, cap. 18. hinc in-
tellegendum de Baptismo: cum gratia
conseruata: quia aliter: et si baptizentur:
non pertincent ad Arcam. Et Exod. 1. 2.
ubique dicitur: ex captivitate extivisse sex-
centa fere milia pedem in orientem absque
panem vel aqua. Ea duo soli, Iosuas & Caleb
ingredi sunt in terram promissionis. Quem
audiuit Paulus i. ad Corinth. 10. Hoc
autem in figura facta fons nostri: ut non fu-
erint concupiscentes malorum. Et Isaia ix.
& 2. 4. Electi comparantur spicis p. qui
manerunt post indestro racemis, qui man-
derunt post vindemiam olivis, quem han-
serunt, excusa olera. Confirmex Marchi
i. Quam angusta porta. Et recta via est
qua ibi ad uitam. Et pauci sunt qui in
eius perierint. Math. 10. Facilius est homo
semper furamen mutare: quam diu in
seminare in Regnum Caelorum. Autem
his, Discipuli mirabuntur nullem dicentes
quis ergi pueris, salvus esset. Et Christus
non contradixit. Et comparatione se-
minis Lucas 8. cuius quarta pars tantum
fructum dedit. Ubi de fidelibus in quo
cure.

tit: quia agit de his, qui recuperant verbum Dei. Et Matth. y. dicitur Christum mandatum aream, ventilabrum, que significat fideles iuxta August. oentia Grec. tonium, cap. 5. Vide plura apud Beza supra. Et Luca 13. Domine, si pauci fuerint salvani, ipse autem dixit ad illos, contendite intrare per angustam portam. In qua August. serm. 3 dicit de Verb. Domini. Confirmavit Dominus, quod audiret. Qui inquietus per angustum portam pauci inerant. audite me pauci: scio quia multi auditis, Et pauci subauditis.

5. Proabant. 3. Ratione adduxerunt SS. Quia maior pars fidelium maiorem partem vita transigunt in peccato mortali; eti præsens seculum in reformatione morum; & frequentia Sacramentorum floreat; pauci tamen sunt, in quibus reformatio videatur. comparatione eorum, qui salutem negligunt, ut notat Fasol. quest. 23, art. 7. Alphons. Mendoza q. & quodlibet de hoc puncto Cornel. in 2. Jacob. & hoc propositio ostendari est vera, & moraliter est universalis: *Qui male vivit, male moritur,* ex illo principio. Quod frequenter accedit hinc esse discimus. Ita Hieronym. ut reformati Eusebius epist. ad Dalmatin. tom. vltius. oper.

oper. Hieronym. *vix de centum milibus hominum, quorum fuit semper mala vita, meretur à Deo, habere indulgentiam, unus.* Et infrà: *Hoc teneo, hoc multiplici experientia didici, quod ei non bonus est finis, cui mala fuit semper vita.* Augustin. lib. de vera, & falsa poenit. cap. 17. *Multos, solet serotina poenitentia, decipere... periculosisimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere poenitentiam.* Et lib. 50. homiliar. homil. 41. *Si quis positus in ultima necessitate ægritudinis suæ, voluerit, accipere, poenitentiam... fateor vobis, non illi negamus, quod petit; sed non presumimus, quia bene exit.* Eadem Cæsareus, Arelatens. homil. 33. & 44. tom. 2. Bibliothec. Plura reperies in decreto de poenitentia dist. 7. alias causa 33. quæst. 3. Isidorus lib. 2. sentent. cap. 13. *Qui autem pravè vivendo, poenitentiam in mortis agit periculo: sicut eius damnatio incerta est; sic remissio dubia.* Hugo Victor. de Sacram. lib. 2. par. 4. cap. 5. *Valde difficile est, ut tunc vera sit poenitentia, quando tam serà venit... valde suspecta debet, esse poenitentia, quæ coacta videtur, esse.* Idem tener. Magister 4. sentent. dist. 20. concludens: *esse periculosem, & difficile, poenitentiam veram in mortis articulo concipere.* Idem tener.

cene & Bonav. S. Thom. CARTHUL. ibi q. 14
Fusiūs & Strictiās Scottiās

6. Ratio est. Quia regnum videtur,
quod a Deo deseratur in illa hora, qui
Deum sspē vocantem deseruit in vita.
Proverb. 11. Quia vocavi, & renuisti,
ego quoque in instanti vestro videbo. Ec-
clesiast. Non tardes converti ad Domini-
num, & ne differas de die in diem; subito
enim veniet ira illius, & in tempore vnu-
dicit a disperdet te. Similia Proverb. 29.
Ecclesiast. 3. Job 27. Ieremias 14. Psalms
17. Luca 13. Machab. 9. Ideo Lauren-
tius Justin. lib. de contemp. mundi, cap.
14. exclamat: O quam innumerū quotidie
decipiuntur, differences de die in diem,
converti... aequissime perouertur hac ratione
ad verō pēccator, ne moriens obli-
catur sūl, qui, vivens, oblitus est Dei. Cy-
prianus lib. 4. epist. 2. ad Antonianum
Nec dignus est, in morte accipere felicitatem;
qui se, non cogitans, esse in rebus
Gregor. lib. 18. Moral. cap. vi. Nam
quid Dei audier clamorent etas, cām uol-
nerit super eum angustia. Ad quæ attollit
dunt Psalm. 17. Clama verum, ne quis erat
qui salvos faceret ad Dominum, nequa
exaudiuit eos. Ieremias 14. Si obedientiam
holocamporum, & prop̄ dñs quas manus fascia-

piam

mane ea. Lib. 2. Machab. 9. Orabat hic Scelestus Dominum, à qua non erat misericordiam concessurus. Ad Hebreos 12. de Esai. Non invenerit paenitentie locum, quoniam cum lacrymis inquisisset eam. Ideo. March. 7. Multi dicente mihi in illa hora, Domine. Et March. 25. Solum quae parata erant, intraverunt cum eo ad nuptias.

7. Hac ratione dicit Christus Match. 11. Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiente illud. Et Match. 16. Si quis vult, post me venire, abneget semet ipsum, tollit crucem suam, & sequatur me. Et Match. 18. Nisi conversi fueritis, efficiamini, sicut parvuli, non intrabitis in Regnum Caelorum. En. Lucæ 14. Qui non renunciet omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Rogat Iunius lectorem, ut hæc serio meditetur, & attentè legar. Quibus accedit 1. ad Corinthi. Quidam quidem currunt, sed unus accipit bracium. Sic currite, ut comprehendatis. Et August. claritat. seren. 32. de verbo. Dicitur in Match. 3. Congregabitur tricimum summum in horreum, paleas autem comburctigna, &c. anerga video, grana queror. & vixvidentur grana, quando area trahatur, scilicet demoratur est, ut me restringat.

stetor. Piauci ergo, qui salvantur in comparatione multorum peritiorum Rom. 9. Si fuerit numerus filiorum Israel, quasi arena maris; reliquie salvo fient.

iii. 8. Probant 4. conclusionem ex inimicis milibus hominum, qui mortiuntur in bellis, naufragijs, terranotibus. In quo conflictu via scilicet, quid agant, ut fatentur aliqui, qui ex similibus evaserunt. id est que verisimile est, pacem ex his salvati: cum in nostra misericordia sub in his periculis versantur. Ex parte de conservatione gratiae, & viae ratione peccatorum, & occasio humana.

iii. 9. Probant 5. ex revelationibus, quas afferant Lorusius, & Cornelius in Numer. cap. 14. Drexelius in Zodiaco Christiano. Quibus manifestavit Deus, quodcumque cunctis diebus plures obiissent, omnes damnati sunt anno, vel altero excepto; ita sicutur de die obitus Divi Bernardi. Hac sane gravissima fundamenta sunt gradè iusto timore digna, ut tremere faciant, & contremiscere: et quod incredibile videatur, quod eiusmodi dicuntur ab Script. & PP. hyperbolice, terroris gratia, aut ponderatione contionatoria.

Q. Accedit, quod, ut constat ex
Mh vitis

vitis Virorum illustrium sanctitate: dum aliquibus fecit Deus favorem revelandi eorum salutem , saltabant pro gaudio. Sed similes saltus , non solum denotant magnitudinem boni obtinendi sed magnam contingentiam amittendi (ut insinuat Psalm. 123. *Laguens com-
plicatus est, & nos liberati sumus*) etiam in
Viris singulariter pijs , & sanctis : ergo,
cum pauci sint homines ita pij , verisimile videtur , quod non salverat maior pars hominum , negligenter curantium
de salute : & qui parvo tempore curam longam , & longo tempore curans brevem impetrabunt . Confirm. Personæ religiosæ , inter quas ingreditur S. Hieronymus ,
frequentè cum timore , & tremore salutem operaneur . ad Corinth. 7. Et valde timidi sunt de sua salute . Sed hic timor de morte , non esse ita frequentem
salutem , etiam eorum , qui mediocri-

SECTIO II.

Proponuntur rationes pro maiori numero Catholicorum Electos-
rius:

ii. **N**ihilominus, aliqui AA. dicunt, ex fidelibus plures esse Prædestinatos, quam Reprobos. Sed loquitur cuius distinzione: quia Suarez lib. 6. de prædest. cap. 3. apud Ruiz infra; Lorin. in Psalm. 138. vers. *Dinumerabo eos.* Expressè comprehendunt multitudinem parvolorum, qui bápztizati moriuntur ante usum rationis; & in hoc sensu verum esse debet; ex Catholicis plures esse, qui salvantur, quam qui damnantur: quia, cum maximus sit numerus puerorum baptizatorum ante usum rationis; qui omnes salvantur; & multi sunt etiam ex adulfis, qui salventur: certum est, quod, si in numero Catholicorum, de quo sit quæstio, comprehendantur etiam pueri, plures sunt qui salvantur; quam qui damnantur.

iii. Loquendo vero de solis adulfis, eam conclusionem tenet Silvester in Rosa Aurea, tract. a. super Evangel. Sep-
Hh 2 tua-

